ANNOTATIONES IACOBI LOPIDIS STVNICAE CONTRA IACOBVM FABRVM STAPVLEN.



PROLOGVS

IACOBI LOPIDIS STVNICAE IN LIBRVM ANNOTATIONVM AD
nersus Iacobi Fabri Stapuleñ errata in traductiõe Epl'arū beati Apl'i Pauli ꝓlogus felici
ter incipitur.

AD LECTOREM.

BEssario Nicenus Cardinalis natiõe grecus diuinarū atq; humanarū l'rarū
grece & latine vir ꝑitissim9 egregiū cõscripsit opus cõtra Georgiū Trape
zuntiū Creteñ quē ille suppresso noīe calūniatorē Platonis appellauit: il=
ludq; in quinq; diuisit libros quorū primis quattuor aduersus ea q̄ Geor=
gius Platoni obiecerat elegãtissime simul ac sapiētissime r'ndit. In quinto
vero quo magis aduersarii imperitiā doctis oīb9 manifestā faceret: errores quosdā ex m'l
tis vt ipse ait quos in tralatiõe platonicarū legū Trapezunti9 cõmiserat: studiosissime se=
lectos acri diligētia subnotauit. Nec est vt video dedignat9 vir in amplissima Cardinalat9
dignitate cõstitut9 de re l'raria cū litterato viro in certamē descēdere ac librū ea de re ede
re eruditiõe quidē sūma refertissimū. Hūc ego sequut9 auctorē librū scribere aggressus
sū quo Iacobū Fabrū Stapuleñ virū alioq doctū q Parisiis paucis ab hinc ãnis beati Apl'i
Pauli epl'as de greco in latinū trãstulit errata multo plura grauioraq; in tralatiõe sua cõ=
misisse demõstratur9 sum quã Trapezūti9 ille in Platõis cõmisit legib9. Tãtoq; labores
meos Bessariõis laborib9 digniores existimãdos cēseo: licet indign9 ego plane sim q cū tã
to viro quouismõ cõparari debeã: quãto Platõis legibus Apl'ice epl'e vñ xp̄iana fere oīs
institutio post sacras euãgelii scripturas emanauit meliores sūt ac veriorē sanctioremq; do
ctrinã sine dubio cõtinētes. Hac tñ in re a Bessariõe diuersus ero qd' nõ vt ille aduersarii
nomē subticēdū cēsui. Dedit illud Nicen9 Georgii necessitudini dedit antiq̄ familiarita=
ti. At vero Faber neq; mihi not9 est hacten9: neq; aliquo familiaritatis iure deuinct9. Q d
si aliqd amicitie vinculū inter nos aliqñ intercessisset: nihilo magis ea de re impune dimit
tend9 erat quū vel ex gētilis philosophi sentētia veritatē amicis afferre oporteat. Satis
fuisset vt ego existimo Stapuleñ Fabro i suis illis artiū ac philosophie studiis cū laude cõ
senescere. Theologie sciarū oīm pricipis secreta ꝑscrutari. Sacros noui testamēti codices
latine tralatiõis si libitū ideratcū grecis exēplarib9 studiosissime cõferre. In his se ille stu
diis exercere libere potuisset: atq; hic laudē cū vtilitate nõ exiguã reportare. Nulla ex hoc
hoi inuidia suboriri poterat: calūnie null9 fortasse supfuisset loc9. Ea vero aggredi q̄ alieni
iuris erãt: q̄q; nõ dialecticen aut mathematicas reqrebãt artes: s3 vtriusq; poti9 ligue exa
ctissimã doctrinã: icõsiderati hois fuit ac plane arrogãtis ignorãtiaq; vulgi aptissime abu
tētis. Quanq; ista a Fabri ingenio aliena ꝓrsus arbitror: quē nõ popularis aure captatorē
nõ ambitiõis cupiditati addictū: s3 modestū poti9 virū ac virtutis egregiū cultorē oēs ꝑ=
dicãt. Q d si pio vt credit' zelo ad hoc opus mouebat' Faber: vires suas metiri pri9 debuiss3.
Vt eñi nõ cuiusuis erat vt greco fert' ꝓuerbio Corithū adnauigare: sic nõ est q̄uiscūq; l'rati
viri ex greca in latinã linguã quoduis opus sine offeusa trãsferre. Dura est eñi oīno hec ꝓ
uincia adeoq; oīm difficillima vt vel doctissimi & exercitati viri nusq; nõ hereãt. Testis
est is de quo paulo añ dixi Georgi9 Trapezūti9 vir suo tpe ꝑitissim9 vtriusq; lingue hit9.
Multa opa grece & latine cõdidit: traduxit e greco complures codices: sūt qui hoiẽ3 inge
niosissimū vocēt ac plane diuinū & tñ a Bessariõe tot illū locis in traductiõe platonicarū
legū hallucinatū esse facile depꝛhēsu3 est. Nã qui ex greco in latinū libros trãsferre aggre
diunt': vt omittã vtriusq; lingue ꝑitiã nõ vulgarē qua iprimis pollere debēt: ingenio qdē
ꝑspicaci & acerrimo iudicio p̄ditos esse op3 adeoq; vt ita dixerim circūspectos Argoq;
illo ex fabulis oculatiores: vt nihil eos possit subterfugere qd' ab aliis interlegēdū depre
hendi queat. Q d' si hec in secularib9 libris expetunt' maxime: quãto magis in sacris co di
cib9 exigēda sunt quorū nõ solū verba sed & verborū ordinē ac sitū mysteriū cõtiuere di
uus Hiero. auctor est. Proinde Faber tralatiõe cõtēt9 veteri nouã facere nequaq; debuiss3.

PROLOGVS.

Quod si id animo omnino insederat quo melius vulgata editio a sacrarũ litterarũ stu-
diosis intelligeretur: cõsiderati⁹ hoc opus aggredi debuisset: ne dum grece lingue igna
ros docere nitebatur in errores poti⁹ & scopulos ineuitabiles cõsulto ꝑtraheret. Cũ pre
sertim multa loca in editione vulgata ex greco optime traducta imo q̃ aliud significare
nõ possunt nisi vt vet⁹ interpres trãstulit: Stapulensis Faber perperam latinitati reddide
rit: pleraq; etiã ex greco ἀνερμήνευτα idest nõ interpretata reliquerit. Quũ vero nõ de Pla
tonis legib⁹ ethnici quidẽ philosophi & nihil ad nos attinẽtis res in presentia agebatur:
sed de apostoli Pauli quẽ dñs & de⁹ nr̃ vas electiõis appellauit sanctissimis epl̃is: cui⁹ ver-
ba cũ diuus Hieronymus legeret nõ verba sed tonitrua vt ipse ait se audire existimabat:
nõ quedã selecta loca quod Bessarionẽ in Trapezuntii traductiõe fecisse dixim⁹: sed oĩa
ꝑtius Fabri errata in apostolicarũ epistolarũ noua tralatione minima etiam colligenda
erant summaq; diligentia annotãda: quo vel labore nr̃o studiosus quilibet (q̃nquidẽ Fa
bri opa per totum iam orbẽ diuulgata sunt) liquido cognoscere posset nõ tot locis vul
gatam editionẽ a grecis exẽplarib⁹ differre quot Faber existimauit. Atq; id nobis in ani
mo prius fuerat ne quid videlicet ex ope illo pretermitterem⁹ quod in censuram cadere
quouis modo videretur. Sed vicit ꝓpositum nostrũ laboris magnitudo. Tot enim erra
ta cũ tralationem illã Fabri discuteremus se se nobis offerebant: vt si oĩa ad plenum an-
notanda ac refellenda forent: nõ paruum volumen exposcerent: ac nescio fastidium ne
potius diligentia nr̃a lectoribus fuisset allatura: quam vtilitatẽ aliquam cum legendi vo
luptate cõiunctam. Minutula igitur quecũq; occurrerunt breuitatis gratia pretermitten
tes quanq̃ & in illis minutiis dũ aliquid semp nouitatis aucupari Faber voluit: a greca
veritate sepissime aberrauit: maiora quidẽ exequi decreuim⁹ queq; nobis examinatiõe
digna pre ceteris videbantur. ex quibus perspici facile poterit quam parum in greca lin
gua eruditus erat Faber cum opus illud edidit. Quantumq; idem pietatis pretextu in-
traductione illa deceptus fuerit: luce clarius ostendere conabimur his de rebus & si nõ
absolutam (neq; enim tantũ mihi arrogo) scholasticam tamẽ sentẽtiam pro captu nr̃o
in medium ꝓlaturi. Quod si nos forsan decepti sumus (fieri enim id potuit) liberum
est Fabro aut cuicũq; eius ꝑtes tueri volenti quicquid de hoc sentiat mãdare litteris quo
& sua meliora ostendat: & nos his de rebus quas fortassis adhuc ignoramus ꝑitiores red
dat. Si autẽ nos a veritatẽ alieni nõ incessimus: cõtineat Faber scriptis nr̃is suaq; ꝑtinaci
ter defendere nõ conetur. Vt enim errata ingenue fateri humanitatis est: candoremq;
pre se ferre vel hac in re sacrarũ lr̃arũ cultores decet: sic ecõtra defendere illa velle cauil
lari hinc inde circunferri ac veluti in medio agone desudare & barbarũ omnino est &
ab scholasticis morib⁹ alienũ. Nec est quod hec ad impr̃ssorũ referãtur negligentiã mul
ta eñi sunt q̃ ab eo ꝑ incuriã ꝑtermissa aut ita vt iacent cõsulto interꝑtata negari nõ pos
sunt. Nõ igr̃ autoris errores calchographis imputãdi sunt sint illi quãtũ vis ꝑposteri &
antigraphorũ veluti dedita opa inuersores. Quũ vero Faber apologiã opi suo antepo
suit qua ꝑcipue ꝓbare nititur vulgatã hanc editionẽ epl̃arũ apl̃i Pauli nõ eã esse quã diu⁹
Hiero. recognouit ac grece fidei reddidit: visũ & nobis est añ oĩa eidẽ apologie r̃ndere ac
q̃ntũ ingenii nr̃i vires ferebãt multis ac vt putam⁹ nõ cõtẽnẽdis argumentis ꝓbare hãc
apl̃icarũ epl̃arũ traductionẽ q̃ in ecclesia vbiq; terrarũ legitur: eã esse quã iussu pape Da-
masi diuus Hiero. emẽdauit quo & Fabrũ hoc errore liberem⁹: atq; adeo plerosq; alios q
idẽ quoq; existimare videntur. Tu vero studiose lector in cui⁹ manus opusculũ hoc ꝑue-
nerit: nec nostra stati; ꝓba neq; aliena ĩꝓba nisi & grece & latine lingue mediocrẽ sal
tẽ ꝑitiã obtinueris. Quod si vel hac oĩo destitut⁹ fueris: caue de ea re in alterutrã ꝑtẽ iudiciũ
feras cui⁹ tu iudex esse nequaq̃ potes. Scitũ est eñi illud Aristotelicũ ac oĩm ore passi; de
cantatũ. ἕκαστος δὲ κρίνει καλῶς ἃ γιγνώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής. Vale lector.

IACOBI LOPIDIS STVNICAE ANTAPOLOGIA QVA ADVERSVS Iacobum Fabrum Stapulensem editionem hanc vulgatam Apostolicarum Epistolarū qua Ecclesia vtitur eam esse quam diuus Hieronymus recognouit ac grece fidei reddidit euidentissimis probat argumentis.



Dicturus stapulēsi Faber grecam quam vocat intelligentiã: imo Beati apostoli Pauli epistolas ex greco in latinum de nouo traducturus: apologia in primis seipsum purgare aggressus est: ne videretur ad diui Hieronymi tralationem aliquid adiecisse. Ex ipso quoq diuo Hieronymo multis auctoritatibus adductis probare nititur vulgatam hanc apostolicarum epistolarum editionem qua ecclesia catholica vtitur a diuo Hieronymo nō fuisse traductam: sed neq eam esse que ab eo recognita est ac grece fidei reddita. Argumētumq ad eam rem imprimis validissimum affert: quod idem Hieronymus editionem hanc vulgatam pluribus in locis reprehendat: quos Faber diligentissime annotatos apologie sue inseruit: multaq adducit alia quibus neq ipsum Hieronymum epistolas Pauli aliquando traduxisse ex eiusdem verbis probari posse contendit. Nos vero sicut hanc apostolicarum epistolarum traductionē que in ecclesia legitur Hieronymi esse demōstrare non possumus: sic econtra eam esse que ab illo recognita est ac grece fidei reddita facile a nobis ostendi posse cōfidimꝰ. Quin etiam & diuū Hieronymū Paulinas epistolas aliquando traduxisse ex eiusdē verbis aperte mōstrabimꝰ. Sz vt altius rē ipsã repetamꝰ: & occasiōe oblata questionē hanc de noui testamēti traductione q̄ sacrarū scripturarū studiosos iterdū torq̄re solet: semel absoluamꝰ: ac frustra Fabrū ea de re apologiã fecisse ofidamꝰ quã prius videtur ignorasse: lōgiore orōne vtēdū erit.

Sciendum itaq est a principio nascentis ecclesie vsq ad diui Hieronymi tempora non vnicam apud latinos noui testamenti fuisse traductionem sed plures ac inter se differentes. quod ex eiusdem Hieronymi verbis in euangeliorum prologo ad Damasum papã manifestius liquet. Sic enim ille ait. Beatissimo pape Damaso Hieronymꝰ. Nouum opus me facere cogis ex veteri vt post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa quasi quidam arbiter sedeam: & quia inter se variant que sunt illa que cum greca cōsentiant veritate decernam. & infra. Si enim latinis exemplaribus fides est adhibenda: respōdeant quibus tot sunt exemplaria pene quot codices. Sin autē veritas est querenda de pluribꝰ: cur nō ad grecam originem reuertentes ea que vel a vitiosis interpretibꝰ male edita vel a p̄sumptoribꝰ imperitis emēdata peruersius vel a librariis dormitantibꝰ aut addita sūt aut mutata corrigimꝰ? & infra. De nouo nūc loquor testamēto quod grecū esse nō dubiū est excepto apostolo Mattheo qui primꝰ in iudea euãgeliū xp̄i hebraicis litteris edidit. hoc certe cū in nr̄o sermōe discordat & in diuersos riuulorū tramites ducitur vno de fōte querendū est. Idē apertissime cōstat ex libris diui Augu. de doctrina xp̄iana ac ex eo precipue loco vbi in tertio eiusdē opis libro ait p eo qd in ep̄la ad corinthios legitur Quotidie morior per vr̄am gloriã fratres: quendã interpretē dixisse per vr̄am iuro gloriã qd in greco vox iurãtis manifesta sit sine ambiguo sono. Patet id etiã ex opibꝰ Cypriani Lactãtii Hilarii Ambrosii Hieronymi & Augustini apud quos multis in locis testimōia ex nouo testamēto aliis interdū verbis licet in eūdē sensū tēdētibꝰ citata legimꝰ quã in traductiōe ecclesiastica hodie cōspicimꝰ: aliq̄ñ etiã & verbis & sēsibꝰ oīo ab ea differētibꝰ. Ex quibus excēpli grã vnū ex Lactãtio locū i mediū afferre volui q oīo diuersus est ab euãgelica historia. Is enī libro. 4. diuinarū institutionū aduersus gētes vbi agit de baptismo xp̄i

Tunc vox inquit de celo audita est filius meus es tu ego hodie genui te. que vox apud dauid predicta inuenitur. Hoc autem manifestum est nō sic in euangelio contineri licet superiora verba de christo dauid p̄dixerit: sed tu es fili9 meus dilectus in te cōplacuit mihi. Id vero non a se tunc primum Lactantium dixisse sed fuisse euangeliorum exemplaria que sic olim habebant ex Augustino in libro secundo de consensu euangelistarum capite. decimo quarto perspici potest: vbi ille sic ait. Illud vero quod nonnulli codices habent secundum lucam hoc illa voce sonuisse quod in psalmo scriptū est filius meus es tu ego hodie genui te: quanq̄ in antiquioribus codicibus græcis non inueniri perhibeatur: tamen si aliquibus fide dignis exemplaribus confirmari possit: quid aliud quā vtrumq̄ intelligendum est quolibet verborum ordine de celo sonuisse?

Cum itaq̄ Damasus Papa huius nominis prim9 natione Hispan9 vir quidē doctissimus pariter ac sanctissimus tantam in ecclesiasticis libris cerneret dissonantiam: succurrendum fore parti huic existimauit: ac diuo Hiero. viro preter sanctarum scripturarum eminētissimam scientiam in linguis quoq̄ quibus ille ab ipsa sui origine spiritu sancto dictante edite fuerunt peritissimo hanc curam demādauit vt latinis videlicet tralationibus cum greca veritate collatis vnam ex omnibus editionem conflaret qua imposterū catholica vteretur ecclesia. Desumpsit sibi eam prouintiam Hiero. beatissimus quanq̄ non ignorabat ex illo labore non parū se inuidie subiturum ac pro laudibus calumnias potius reportaturum quod ipse apertissime in euangeliorum prologo his verbis prosequitur. Pius inquit labor sed periculosa presumptio iudicare de ceteris ipsum ab omnibus iudicandum senis mutare linguam & canescentem mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter & indoctus cum in manus volumen assumpserit & a saliua quam semel imbibit viderit discrepare quod lectitat: nō statim erumpat in vocē me falsariū me clamans esse sacrilegū qui audeā aliquid in veteribus libris addere mutare corrigere. Aduersus quā inuidiā duplex causa me cōsolatur q𝔡 & tu qui summ9 sacerdos es fieri iubes: & verū nō esse q𝔡 variat etiā maledicorū testimōio cōprobatur.

Ex his que dicta sunt patet manifeste nouum testamentum iussu Damasi pape a diuo Hiero. recognitum ac grece fidei redditum. Restat vt quod reliquum erat ac difficilius probatu existimabatur pariter ostendamus: hanc videlicet noui testamēti traductionē qua ecclesia vtitur eam esse quam diuus Hiero. emendauit. Ac primum quidem quantū ad euangelia attinet: manifestum est exceptis scriptorum mendis que nō pauce sunt vt nos olim ex grecorum exemplarium cum antiquissimis latinorum codicib9 collatione hortatu ac iussu patris Reuerendissimi Francisci Cisnerii Cardinalis Toletani & Hispaniarum primatis presulis nostri viri quidem ingeniosissimi ac sanctarum scripturarum studiosissimi diligenter annotauimus: in reliquis latina cum grecis optime conuenire. Greca autem cum dico non qualiacunq̄ exemplaria significare volo sed ea tantum que apud grecos antiquissima simul & emendatissima reputantur: qualia vꝫ illa fuerūt ad quorum collationem diuus Hiero. nostra olim emendauit. Non enī que passim ferebantur exemplaria in recognitione illa Hiero. sequutum sed vetera ipsemet asserit cuꝫ in prefato euangeliorum prologo sic ait. Igitur hec presens prefatiuncula pollicetur quattuor tantum euangelia quorum ordo est iste. Mattheus Marcus Lucas Ioannes codicum grecorum emendata collatione sed veterum. Quod si alicubi preter librariorū mendas latini codices a greca origine variare videntur: in verbis id tantum erit non in sensu. Vbi enim idem sensus erat noluit diu9 Hiero. quicq̄ innouare quod ipse in eodē prologo sic refert. Que ne multum a lectionis latine consuetudine discreparent: ita calamo imperauimus vt his tantum que sensum videbantur mutare correctis reliqua manere pateremur vt fuerant. Idem in epistola quadā ad Marcellā qua aduersus eos respō

det qui eum temeritatis accusabant quod euangelia emendasset sic ait. Post priorem epi
stolam in qua de hebreis verbis pauca perstrinxeram: ad me repente perlatum est quos
dam homunculos mihi studiose detrahere cur aduersum autoritatem veterum & totius
mundi opinionem aliqua in euangeliis emendare tentauerim. Quos ego cum possem
meo iure cotemnere (asino quippe lyra superflue canit) tñ ne nos superbie vt facere so
lent arguant: ita responsum habeant non adeo me hebetis fuisse cordis & tam crasse ru-
sticitatis quam illi solã pro sanctitate habent piscatorũ se discipulos asserentes quasi icčir
co iusti sint si nihil scierint: vt aliquid de dominicis verbis aut corrigendum putauerim⁹
aut non diuinitus inspiratum: sed latinorum codicum viciositatem que ex diuersitate li-
brorum omnisi comprobatur: ad grecam originem vnde & ipsi tralata nõ denegant vo
luisse reuocare. Idem in epistola ad Suniam & fretelam de questionibus psalmorum ps.
49. Sacrificium laudis honorificabit me pro quo in greco scribitur. θυσία αἰνέσεως δοξά-
σει με. idest glorificabit me de quo & supra dixim⁹ & in euangelio in eo loco vbi in gre
co legimus. πάτερ δόξασόν με. in latino scribitur pater clarifica me. Noluimus igitur im
mutare quod ab antiquis legebatur quia idem sensus erat. Ex predictis autoritatibus fa-
tis superqꝫ probatum putamus nõ omnia ab illo immutata fuisse: sed ea tantum que sen
sum mutare videbantur. Ex isto quoqꝫ vltimo Hiero. testimonio liquido cõstat tralatio-
nem hanc euangeliorum qua hodie vtimur eam esse quam ille recognouit cum in ea sic
is locus hodie legatur vt ipse citauit. Nõ enim solum in emendatione psalmorum sed et
in libris noui testamenti eo vsus est temperamẽto vt nihil prorsus immutaret nisi quod
sensum penitus mutare videretur ne nimia nouitate vt ipse ait lectoris studium deterre
ret. Sed quia nõ vnicum testimonium in re presertim tam ardua satis est sufficiens: affe-
ramus & alia vnde id clarius probemus. Matthei secundo sic in latina editione legimus.
Cum natus esset Iesus in bethleem iude. greci omnes codices quotquot sũt & nos hacte
nus vidimus ἐν βηθλεὲμ τῆς ἰουδαίας idest in bethleem iudee habent nõ iude. Improbat
hanc lectionem que ex greco est diuus Hiero. in explana. super Mattheũ ac eam esse ve
riorem que iude cõtinet manifeste asserit cum ait. Putamus autez ab euangelista primũ
editum sicut in hebraico legimus iude: que est enim aliarum gentiũ bethleem vt ad di-
stinctionem eius hic iudee poneretur. Iude autem icčirco scribitur: quia & aliam in iu-
dea legimus in libro iesu filii naue. In eodem capite matthei. 2. in vulgata editione sic
legitur. Tunc adimpletũ est quod dictũ est per hieremiam prophetam dicentem. Vox
in Rama audita est ploratus & vlulatus mult⁹. Hanc hieremie prophetiã in grecis euan
geliorum exemplaribus sic legimus. φωνὴ ἐν ῥαμᾶ ἠκούσθη θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς
πολύς. idest vox in rama audita est lamentatio & fletus & vlulatus multus. Ad eundem
quoqꝫ modum hic hieremie locus in hebraica legitur veritate & .lxx. interpretum tra-
latione. Neqꝫ hanc quoqꝫ lectionem idem Hiero. probat sed que in nostris habetur codi
cibus: ac sic Mattheuz scripsisse vt nos hodie legimus in explana. super hieremiã aper
tissime docet his verbis. Neqꝫ iuxta hebraicum inquit nec iuxta. lxx. Mattheus sumpsit
testimonium. Legimus in eo post descriptionem infantum necis Tunc impletum est
quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem vox in rama audita est ploratus
& vlulatus multus Rachel plorans filios suos & noluit consolari quia non sunt. Ex quo
perspicuum est euangelistas & apostolos nequaquam ex hebreo interpretationem ali-
cuius sequutos: sed quasi hebreos ex hebreis quod legebant hebraice suis sermonibus
expressisse. Legimus item Marci capite primo. Initium euangelii iesu christi filii dei si
cut scriptum est in esaia propheta. grece nõ sicut scriptum est in esaia propheta sed ὡς
γέγραπται ἐν τοῖς προφήταις idest sicut scriptum est in prophetis legitur. At vero diuus
Hieronymus in libro de optimo genere interpretandi ita hunc locum citat vt latina

editio cõtinet. Marcus enim inquit discipulus petri ita suũ orditur euangeliũ. Principiũ
euãgelii iesu christi filii dei sicut scriptũ est in esaia ꝓpheta.quanꝙ nõ ignorabat nõ ex
vno tantũ propheta sed ex duobus exẽpliũ illud ab euangelista fuisse cõflatũ idest ex esa-
ia & Malachia. Possem & alia ad hanc rẽ ex euãgeliis afferre testimonia. Sed cũ scriptũ
sit in ore duorũ aut triũ testiũ stabit om̃e verbũ: satis fuerit nõ tm̃ tria sed etiã quattu-
or atqꝫ ea quidẽ nõ inualidissima adduxisse quibꝰ hanc euãgeliorũ latinã editionẽ qua
hodie vtimur eam esse quam diuus Hierony. recognouit euidentissime probatur: cũ in
omnibꝰ his locis ita hodie in ea legamꝰ vt ipse citauit emẽdauit ac verius esse diffiniuit.

Superest vt de Apostolicis epistolis quarũ causa laborẽ hunc assumpsimus idẽ osten
damus vt Faber frustra a se factã apologiã vel inuitus concedat. Sed quanꝙ multa sunt
que nobis ad hanc rem optime sufragari possent: illis tamen interim omissis ad eiusdem
sanctissimi Hieronymi testimonia reccurramus. Quis enim hac de re melius poterit
testificari quã idẽ ipse Hieronymꝰ qui latine huius editionis epistolarum diui apostoli
Pauli recognitor fuit & diligens emẽdator. Is enĩ in ea epistola quã supra citauimus ad
Marcellã cõtra piissimi operis detractores. Reuertimur inquit ad nr̃os bipedes asellos &
illorũ aure buccina magis quã cithara cõcrepamus. Illi legant spe gaudentes: tẽpori ser
uientes: nos legamus dño seruientes. Illi aduersus presbiterũ accusationẽ omnino non
putent recipiendã. Nos legamus aduersus presbiterũ accusationẽ ne receperis nisi sub
duobus aut tribꝰ testibꝰ: peccantes autẽ corã omnibus argue. Illis placeat humanus ser
mo & omni acceptione dignꝰ. Nos cũ grecis idest cum apostolo qui grece loquutus est
erremus: fidelis sermo & omni acceptione dignus. Ex his diui hiero. verbis luce clarius
apparet vulgatam istã apostolicarũ epistolarũ editionem que in ecclesia vbiqꝫ terrarum
legitur eam esse quam ille grece fidei reddidit et emendauit. Continet enim ꝑdicta
editio in locis ab eo memoratis vt ipse ex greca veritate hic rettulit. Est enim primus
locus ad Romanos.12.vbi in greco sic legitur. τῇ ἐλπίδι χαίροντες· τῷ κυρίῳ δουλευον-
τες· quod ad verbum latina editio sic habet idest Spe gaudentes: domino seruien-
tes non tempori vt non nulli ex antiquis ecclesiasticis legebant nacti fortasse greca
exemplaria que pro κυρίῳ haberent καιρῷ est enim in his dictionibus parua in pro-
latione differentia licet sensus oĩo sit differens. Quanꝙ satis erat manifestum non apo-
stolicam illam fuisse sententiam nec catholice veritatis que tempori nos seruire preci-
peret: sed gentilicam potius ac proinde seruilem & adulationis plenam. Aiunt enim
illi vetere & apud eos visitato prouerbio καιρῷ λατρεύειν idest tempori esse seruien-
dum. Vnde & latinus orator quodam in loco Tempori inquit cedere semper sapientis
est habitum. Hanc vero mundi sapientiam christi domini sectatores stultitiam reputa
runt. Non enim apostoli non martyres non confessores non virgines tempori ser-
uiebant cum bonorum omnium amissionem cum exilia cum horrendos carceres cum
acerbissima tormenta cum extrema deniqꝫ supplicia ob christiane fidei cõfessionem in
victo animo sustinebant: sed domino potius ex apostoli sententia a quo tantorum
certaminum coronas se recepturos sperabant in eterna illa vita pro qua temporalem
hanc & momentaneam tam libenter exponebant. Secundus locus est ex prima epi
stola ad Timotheum capite quinto vbi in greco sic legitur. Κατὰ πρεσβυτέρου κατηγορίαν
μὴ παραδέχου ἐκτὸς εἰμὴ ἐπὶ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων. τοὺς δὲ ἁμαρτάνοντας ἐνώπιον πάντων
ἔλεγχε. hunc eundem locum in latina editione aduerbum sic legimus idest. Aduer
sus presbiterum accusationem ne receperis nisi sub duobus aut tribus testibus. pec-
cantes autem coram omnibus argue. Tertius locus est ex eadem epistola prima ad Ti
motheũ capite primo vbi in greco sic habetur. πιστὸς ὁ λόγος καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξιος.
Et hunc quoqꝫ locum sic in latino legimus fidelis sermo & omni acceptione dignus

Non enim sunt apud nos exēplaria que aliter in predictis habeant locis nisi vt greca veritas continet & vt legendum in eadem epistola ad marcellam Hiero. diffiniuit. Ex quibus argumētū haud dubie summi potest & in reliquis quoq; ita hodie legi vt idē Hiero. recognouit. Sed quanq̄ satis erant que ad nostrā de hac re sententiā confirmandā hactenus allata sūt: libuit tñ & alia duo loca addere ex epistola prima ad Corinthios in cui⁹ septimo cap̄. sic in greco legitur. ὁ ἄγαμος, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κυρίου πῶς ἀρέσει τῷ κυρίῳ. ὁ δὲ γαμήσας, μεριμνᾷ τὰ τοῦ κόσμου πῶς ἀρέσει τῇ γυναικί. μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. Quod in latinum sic interpretatur. Qui sine vxore est sollicitus est que dñi sunt quomodo placeat domino. Qui autem cum vxore est: sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat vxori. Diuisa est mulier & virgo. Cum itaq; hanc lectionē diuus Hiero. aliquando probauerit ac sic legerit & exposuerit in libro quē contra Eluidium edidit & in epistola ad Eustochium de virginitate seruanda vt vulgo grece legitur: tandē exēplaria nactus veriora in libro primo contra Iouinianum sic legit vt vulgata editio continet idest. Qui sine vxore est: sollicitus est que dñi sunt quomodo placeat domino. Qui autē cum vxore est: sollicitus est que sunt mundi quomodo placeat vxori & diuisus est. & subdit. Intueamur curarum virginis maritiq; distantias: virgo domino maritus vxori placere desiderat: & vt vxori placeat: sollicitus est de his que sunt mundi que cum mundo vtiq; transitura sunt: & diuisus est in multas scilicet sollicitudinum partes miseriarumq; distract⁹. & infra. Nunc illud breuiter admoneo in latinis codicibus hunc locum ita legi diuisa est virgo & mulier. Quod quanq̄ habeat suū sensuȝ: & a me quoq; pro qualitate loci sic edissertū sit: non est tamen apostolice veritatis. Siquidem Apostolus ita scripsit vt supra trāstulimus sollicitus est q̄ sunt mūdi quō placeat vxori & diuisus est. & hac sententia diffinita transgreditur ad virgines & continentes & ait. Mulier innupta cogitat q̄ sunt dñi &c. In eadem quoq; epistola ad Corinthios post verba supra dicta que de vxoratis & non vxoratis apostolus scripserat statim subiunxit. τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμφέρον λέγω, οὐχ ἵνα βρόχον ὑμῖν ἐπιβάλω, ἀλλὰ πρὸς τὸ εὔσχημον καὶ εὐπάρεδρον τῷ κυρίῳ ἀπερισπάστως. Hec verba diuus Hiero. libro primo contra Iouinianū cap̄. septimo in latinis ait codicibus ob tralationis difficultatem penitus non inueniri. vnde & ipse quia traducta nō legerat eo loco sic transtulit. Hoc autem ad vtilitatem vestram dico non vt laqueum vobis iniiciam: sed vt ad id quod honestum est & intente facit seruire deo absq; vlla distractione: vos adhorter. Atqui constat verba hec apostolica que diuus Hiero. ait ob tralationis difficultatem in latinis codicib⁹ penitus nō inueniri: in omnibus ecclesiasticis libris sic hodie legi. Porro hoc ad vtilitatem vestram dico non vt laqueū vobis iniiciam: sed ad id quod honestum est & qđ facultatem prebeat sine impedimento dominū obsecrādi. Quod non aliunde euenisse putandum est nisi quod postea illa verba diuus Hiero. in veteribus latinorum codicibus reperit ac suo adaptauit loco cum epistolas Pauli recognosceret. Non enim que ipse traduxerat quanq̄ elegantiora quidem illa erant & q̄ grecam literā magis declarabāt: veterib⁹ reiectis voluit inserere. Est igitur ista quā tenemus epl̄arū apostolicarū editio quam idē diu⁹ Hiero. recognouit ac grece fidei reddidit.

Sed de apostolicis epistolis hactenus dicta sufficiant. De reliquis vero noui testamenti libris idest de actibus apostolorum de epistolis canonicis & apocalypsi idem possumus affirmare: idest quod vna cum euangeliis & paulinis epistolis a diuo Hierony. fuerunt ad grece veritatis normam redacta. Cum enim in calce libri de viris illustribus de se agens dicat. Vetus testamentum traduxi: nouum grece fidei reddidi: palam est nihil illum pretermisisse ex his que ad nouum testamentum attinebant quod non ad vnguem recognouerit. Quod vero & istorum quoq; librorum editio quam hodie habemus ea sit quam idem Hiero. emendauit: quis poterit aperta fronte negare. Nam vt alia omittā

Actuum capite.24.vbi dicitur quem & apprehensam volumus secundum legem no-
strã iudicare: Beda illũ locũ exponẽs sic ait. In hoc loco quidã nostri codices minꝰ habẽt
aliquot versus qui in greco ita leguntur. Quẽ apprehendimꝰ & secũdũ nr̃am legem vo
luimus iudicare. Transiliens autem lysias tribunus cũ multa vi de manibus nr̃is eduxit iu
bens eius accusatores ante te venire quo possis ipse diiudicans de oĩbus istis cognoscere
&c. Atqui nullus est hodie nr̃orũ codicũ qui versibꝰ istis careat. Idem etiã predictos apo
stolorũ actus exponens aliã sepissime citat tralationẽ. Ex quo perspicuũ est ad bede vsqꝫ
tempora aliquã ex veteribus illis noui testamenti traductionibus fuisse adseruatã: quam
vbicunqꝫ idẽ beda citat: diuersam vt plurimũ a greca veritate & a tralatiõe nr̃a reperies.
Appet ergo & hũc librũ aplicorũ actuũ quẽ hẽmus eũ esse quẽ diuꝰ Hiero. emẽdauit. De
canonicis autẽ epistolis quas greci catholicas appellãt: qꝺ iste quoqꝫ quas legimꝰ ille sint
quas idẽ Hiero. correxit: ex eo pspicue patet qꝺ eũ & iste ordinẽ seruãt in quẽ ab eo di
geste sũt. Deinde qꝺ cũ in epl̃a Ioãnis de tripli ci agitur testimõio: eã lectionẽ veriorẽ esse
decernit quã nr̃i codices hñt: id qꝺ ex eiusdẽ ꝓlogo in epl̃as canonicas manifestissime li
quet. De apocalypsi vero quis nõ idẽ existimet? Neqꝫ enim & huius libri aliã esse editio-
nem putandum est nisi quam vna cũ aliis beatus Hiero. emendauit. cuius rei vel maximũ
est argumentum quod in glosa ordinaria que huic libro apponitur alia nõnunquam ci
tatur tralatio a greca origine & ecclesiastica traductione satis differens imo interdũ peni
tus diuersa. Nã vbi in primo eius libri capite in greco dicitur καὶ ὄψεται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλ
μός & nr̃a traductio habet & videbit eum omnis oculus: alia (inquit glosa ordinaria) trala
tio habet videbit omnis terra talem. Et capite.2. vbi in greco dicitur ἰδοὺ ἐγὼ βάλλω αὐ
τὴν εἰς κλίνην. & latine habetur ecce ego mittam eã in lectum: aliam tralatio. luctum ha-
buisse pro lecto eadem glosa ait. Que cũ ita sint erit ne quispiam adeo pertinax & veri
tatis inimicus vt aliã esse noui testamenti traductionẽ qua ecclesia catholica vtitur asseue
rare possit: nisi eã quã diuꝰ Hiero. iussu pape Damasi recognouit: ac grece fidei reddidit?

Restat ex eiusdem diui Hiero. dictis ostendere nõ solũ apostolicas illũ epistolas emẽ
dasse vt pluribus supra demonstratum est: sed & illas quoqꝫ de nouo aliqñ traduxisse id
quod faber ex Hiero. verbis cõfici nequaqꝫ posse cõtendit. De quo & ipse in ꝓlogo apo
stolicorum actuũ sic ait. Post apostoli pauli epistolas dudũ vobis vno volumine transla-
tas Dõmon & rogatiane charissimi actus apostolorũ cõpellitis vt transferam in latinum
Quibus ex verbis preter Pauli epistolas actus etiã apostolicos a se tralatos diuꝰ Hiero.
asserit. Quin & euangelia quoqꝫ ab eodem fuisse aliquando traducta ex diui Augustini
verbis colligi videtur. Is enim in epistola quadam ad diuũ Hiero. vbi de sacrarum scrip
turarũ traductiõe ad eũ scribit Proinde inquit nõ paruas deo grãs agimꝰ de ope tuo qꝺ
euangeliũ ex greco interpretatus es: quia pene in omnibus nulla offensio est cũ scriptu
ram grecam cõtulerimus. Vnde si quisquam veteri falsitati cõtentiosius fauerit prolatis
collatisqꝫ codicibꝰ vel docetur facillime vel refellitur. Et si quedam rarissima merito mo
uent quis tam durus est qui labori tam vtili nõ facile ignoscat cui vicem laudis referre nõ
sufficit? Hec Augustinꝰ. Quoniã vero hac de re apud Hiero. nihil hactenus scriptum re
perimus: verissimile nobis videtur euangeliorũ recognitionem que a diuo Hiero. edi-
ta est: ab Augustino traductionem fuisse vocitatam. Quod vel ex eo apparet cum ait quia
pene in omnibus nulla offensio est cum scripturam grecam cõtulerimus. & quod infra
sequitur & si quedam rarissima merito mouẽt. Que iccirco ab Augustino dicta putamꝰ
quod aliquibꝰ in locis ab exẽplaribꝰ grecis que vulgo ferebãtur in recognitiõe sua diuꝰ
Hiero. aptissime dissensit cũ illa tantũ sequutꝰ fuerit ꝗ antiqora ac veriora existimauit.

Sed vt Antapologiam nostram tandem claudamus: ad ea vltimo loco respõdendum
est que Fabri partes fortiores efficere videbantur. Nam cũ nõ pauca loca ex vulgata edi-

tione in apologia Faber ostenderit q̄ a diuo Hiero. in explanationib⁹ quattuor aplicarū epistolarū manifeste sunt reprehensa: facile inde argui posset nō istam fuisse illam editionem que ab eodē recognita est & emendata. Nō enim que prius ꝓbarat postea reprehēdisset aut e cōtra. Quanq̄ nō omnino validum est hoc argumentum. Cōstat enī nōnullos ex sanctis ecclesie doctorib⁹ scripta sua aliquādo retractasse quod ꝓgressu tēporis in sacris scripturis eruditiores euaserant. Ipsumq̧ diuum Hiero. in explana. super esaiā ꝓphetam cap̄. 19. se ipsum correxisse cū ait. Meli⁹ reor ꝓprium errorē reprehendere quā dum erubesco imperitiam cōfiteri: in errore persistere. In eo quod transtuli & erit terra iuda egypto in pauorem: in hebraico legitur le chaga quod interpretari potest & festiuitas vnde & Aggeus in festiuū vertitur & timor &c. Dicamus igitur nobis verisimile videri prius diuū Hiero. explanationes illas edidisse quā Paulinas epistolas vna cum reliquis noui testamenti libris iussu damasi pape recognosceret: atq̧ in dictis explanationibus quod eo tempore cum illas cōscriberet sic ei videbatur: vulgatam editionē in locis a Fabro citatis vellicasse ac rhetorico quodā acumine quo & sua interdū sensa ex greco littere ad viuum resecatione astrueret latinam traductionē eiusdemq̧ interpretē reprehēdisse. At vero recognoscendi ꝓuintia a papa Damaso imposterū sibi demādata quod grādioris fortasse iam erat etatis cū id muneris obiit: ac proinde in sanctarum scripturarū intelligentia eruditior ac sapientior effectus: illa omnia loca latine traductiōis que pri⁹ reprehenderat ita vt antea erant reliquisse quod sensum illi nō omnino mutare viderentur. Possem ego hic de singulis agere quo & stare quoq̧ posse vt in editione vulgata legitur ex greca ipsa origine aperte demōstrarem. Sed quod lōgioris id esset operis tria tantum aut quattuor ex eis loca tetigisse sat fuerit piculi faciēdi gratia quid nā & de reliquis agere possem⁹. Legitur in greco ad Galatas. 5. μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ. vetus interpres sic hec transtulit. Modicū fermentū totam massam corrūpit. Adnotauit Hiero. in cōmentariis super hoc loco nō hic in greco legi corrumpit sed fermentat: neq̧ massā sed cōspersionem potius. Atq̧ ita quidem se res habet: sed tamen vtriusq̧ interpretatio nis idem est sensus. Quid enim est massam fermentare fermentū: nisi illam a fermento corrūpi & alterari. Quid vero cōspersio nisi massa hoc est farina aqua cōspersa. Vnde ꝓ eadem greca dictione idest φύραμα in epistola prima ad Corin cap̄. 5. cōspersionem vetus interpres traduxit cū ait. Expurgate vet⁹ fermentū vt sitis noua cōspersio sicut estis azymi. nihil inter massam & cōspersionem interesse existimans ac ꝓpterea illorū quolibet suo arbitrio vtens vt meli⁹ videlicet sibi quadrare videbatur. Sit secūdus loc⁹ ex cap̄. 1. ad Ephesios vbi in greco sic legitur ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν. pro hoc nr̄a tralatio habet. Qui est pignus hereditatis nr̄e. Notat hic interpretem diu⁹ Hiero. quod pignus pro arrabone posuerit his verbis. Pignus latinus interpres ꝓ arrabone posuit. Nō id ipsum autem arrabo quod pignus sonat. Arrabo enim future emptioni quasi quodam testimonium & obligamentū datur. Pignus vero hoc est ἐνέχυρον pro mutua pecunia opponitur vt cū illa reddita fuerit: reddēti debitū pign⁹ a creditore reddatur. Mirū dū autē valde est diuo Hiero. viro secularīū quoq̧ literarū peritissimo cū illa scriberet nō succurrisse arrabonē dictionē esse nō simplicis quidē significātie: sed ꝑter illā quā ipse attulit pign⁹ quoq̧ significare vt vet⁹ interpres traduxit. Quo quidē significatu eā dictionē Terentius in comedia eauton. accepit cū ait. Ea relicta huic arraboni est ꝓ illo argento. cum pri⁹ dixisset Huic dragmarū argenti hec mille dederat mutuū. Quid quod & arrabo neq̧ greca dictio est neq̧ latina sed hebraica poti⁹ vnde ad grecos emanauit: a grecis autē ad latinos effluxit. Nā gen. cap̄. trigessimo octauo in hebraico arrabonē legim⁹ vbi Thamar vidua iudam socerū sic alloquitur Patiar quod vis si dederis mihi arrabonē donec mittas qđ polliceris. ꝓ quo in hebreo sic habetur. וַתֹּאמֶר אִם תִּתֵּן עֵרָבוֹן עַד שָׁלְחֶךָ

Et qđ statim seqtur. Ait iudas qd tibi vis p arrabone dari. וַיֹּאמֶר מָה הָעֵרָבוֹן אֲשֶׁר אֶתֶּן לָךְ Manifestũ est autem anulum & armillam & baculũ in pignus hedi quod se missurum p concubitu iudas fuerat pollicitus a socero Thamar petiisse atq̃ illud arrabonem eo loco significare qđ ex his q̃ infra sequuntur facile apparet cũ dicitur. Misit autem iudas hedũ per pastorem suũ odollamitem vt reciperet pignus qđ dederat mulieri. vbi etiam in hebreo p pignore est עֵרָבוֹן idest arrabo. In his autẽ trib⁹ locis p hebraico Erabon. Lxx. interpretes ἀρραβῶνα transtulerũt ostendere fortasse volentes eam dictionẽ sicut & alias complures ab hebreis grecos accepisse. Chaldaica vero tralatio מַשְׁכּוֹנָא habet qua dictione pignus quidem manifeste significatur. Cũ itaq̃ arrabo ambigua esset dictio in pignoris vt appet significatũ accipere maluit interpres ac sic latine reddere: quam eam dictionem quam forte grecam existimabat absq̃ interpretatione relinquere. Quanq̃ & hoc interpretem a calumnia releuat quod idem Hiero. in libris Didymi de spiritu sancto quos ipse ex greco est interpretatus hunc eundem locũ a Didymo inter cetera citatũ sic transtulit vt vetus interpres traduxerat idest qui est pign⁹ hereditati⁹ nr̃e. Tertiũ assumam⁹ locũ ex eadem epistola ad Ephesios cap̃. 4. vbi sic in greco legitur. οἵτινες ἀπηλγηκότες ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ pro quo vetus interpres sic transtulit. Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitie. Notat & hoc loco diu⁹ Hiero. interpretẽ quod videlicet pro eo qđ in greco ἀπηλγηκότες legitur quod indolentes significat: desperantes ille traduxerit. Atqui verũ omnino est ἀπηλγηκότες nõ in greco desperantes sonare: sed potius indolentes aut indolorios vt diuus Hiero. interpretatur. Sed nõ verisimile videt̃ tam parum veterem interp̃tem in grecis lr̃is edoctum adeoq̃ hebetis fuisse ingenii vt ignorare potuisset quid dictio ἀπηλγηκότες sonaret si sic prisca illa grecorum exemplaria vnde ipse nr̃a traduxit habuissent & nõ potius ἀπηλπικότες que dictio desp antes pprie significat & duab⁹ tantũ litterulis cõmutatis a librariis postea imperitis facile corrũpi potuit. Quartus & vltim⁹ locus erit ex epistola ad Titũ cap̃. 2. vbi in greco sic legit̃ πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι idest. Senes vt sobrii sint. Admonet in cõmentariis diu⁹ Hiero. dictionẽ νηφαλίους preter sobrios vigilantes quoq̃ significare. Atq̃ id quidẽ manifestũ est. Siquidẽ verbũ νήφειν & sobriũ esse & vigilare significat. Cũ itaq̃ dictio νηφάλιος ab eo verbo deducta ambigua esset: visum est interpreti eo significatu illã accipere qui senibus pprie cõuenire videbatur: a quibus magis videtur sobrietas exigenda quam vigilantia. Nam cum senilis etas bibacula sit ac natura ob siccitatem & frigiditatem vini plus equo appetentissima: necesse fuit senes admonere vt sobrii essent hoc est ab ebrietate penit⁹ alieni. Quanquã potest quidẽ greca dictio & in altero accipi significatu: dum tamen de ea intelligat̃ vigilantia que ad animũ refertur. Idem & de omnib⁹ aliis locis a Fabro ex diui Hiero. cõmẽtariis in epistolas ad Galatas & Ephesios Titũ quoq̃ & Philemonem in mediũ allatis efficere possem⁹ quo veterem ecclesie traductionem sustineri posse ostenderemus. Sed qm̃ sanctissimus Hiero. omnia ea loca q̃ in explanationib⁹ predictarum epistolarũ antea notauerat: cũ postea oẽs apostoli Pauli epistolas recognosceret quod veriora (vt credere par est) nactus fuerat vtriusq̃ lingue sacrorũ librorum exẽplaria: quodq̃ illi nõ omnino sensum mutare viderentur ita reliquit vt prius a vetere interprete traducta fuerant: nõ opus esse arbitror hac de re plurib⁹ cõtendere: cũ presertim ex eiusdem diui Hiero. auctoritatib⁹ quicquid ad eã rem de qua presens est disputatio facere videbatur plenissime ostensum sit. Probauimus enim nõ leuibus sed grauissimis nisi fallor argumentis nõ solum hanc vulgatam apostolicarũ epistolarũ editionem que in ecclesia legitur eam esse quam diuus Hiero. recognouit: sed & totũ corpus noui testamẽti. Ostendimus que nam illa fuerint que ex nouo testamento diu⁹ Hiero. traduxerit. Respondimus ad ea que Fabrũ cõtraria sentire mouerant: imo vt ex eius Apologia apparet

hominem ad id existimandum manifeste compulerant. Que omnia si Faber ea diligentia quam litteratum virum in re tam ardua exhibere par fuerat pensitasset: neq3 grecam intelligentiam quouis modo edidisset nec de ea re apologiam quam nec ipse neq3 alius quispiam eo in sacris scripturis eruditior aliquando demonstrare poterit.

IACOBI LOPIDIS STVNICAE ANNOTATIONVM ADVERSVS IAcobi Fabri Stapulen̄ errata in traductione Epistolarū beati Apostoli Pauli. Liber vn9.

EX EPISTOLA AD ROMANOS. CAP. I.



Vlgata editio. Testis enī mihi est deus cui seruio. Paulus μάρτυς γάρ μου ἐστὶν ὁ θεὸς ᾧ λατρεύω. Faber. Testis enim est mihi deus quem colo.

Stunica. Verbū λατρεύω proprie significat seruire & λατρεία seruitutē: nō colere aut culturam qđ grece dicit̄ σέβομαι & σέβασμα. Inde qui pius est ac dei cultor εὐσεβὴς appellat̄: qui vero impius ἀσεβής. De ꝓprietate vero huius verbi λατρεύω Laurentius valla in annotatiōib9 super Mattheum testimoniis ex Xenophonte adductis eruditissime disseruit. Quod vero Faber in examinationib9 scripsit quod si hoc verbum nō peculiarem deo sed cōmunem seruitutem significaret nō dictum esset in sacris scripturis referente Luca & illi soli seruies idest λατρεύσεις hoc est illi soli latriam exhibebis: ex eo apparet nō Fabrum in sacrorum librorum lectione qui grece conscripti sunt nimis esse versatū: cum in eisdem hoc verbum idest λατρεύειν & deo & hominibus indifferenter videamus attributum sicut & δουλεύειν. Theologi vero peculiarem cultum quem deo exhibemus latrie appellatione designare voluerunt. quanquam ex eo nō aufert̄ quin latria significet seruitutē.

Vulgata editio. Virtus enim dei est in salutem omni credenti iudeo primum & greco. Paulus δύναμις γὰρ θεοῦ ἐστὶν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι ἰουδαίῳ τε πρῶτον καὶ ἕλληνι. Faber. Potestas dei est ad salutem omni credenti iudeo primum atq3 gentili.

Stunica. Pro dictione δύναμις pro qua vetus interpres virtutē transtulit potestatem Faber maluit traducere. Sciendū vero virtutem non hoc loco accipi pro habitu electiuo in mediocritate cōsistente quam greci ἀρετὴν vocant: sed ꝓ vi ac potentia siue potestate Latini enim vnico virtutis nomine duo illa grecorū idest ἀρετὴν ac δύναμιν representāt quanq̄3 diuerso significatu id quod ex oratiōis cōtextu facile dignoscitur. Virtus igitur hic & vim & potestatē ac potentiam significat vt cū dicit̄ Nam virtutes celorū mouebuntur. & Sedēs a dextris virtutis dei. Nō autē erat cur Faber vereret̄ ne quisquā existimaret virtutē hic accipi pro ea quā greci ἀρετὴν vocant: ob quā ambiguitatē vitandā potestatē se traduxisse in examinatiōib9 asserit: cū nusquā in sacris scripturis (apocrypha semp excipio) hoc nomē ἀρετὴ de deo dicat̄. Qđ vero ꝓ ἕλληνος idest greco gentilē traduxit: sensum potius sequutus est quam verbi greci ꝓprietatem ἕλληνες enī ꝓprie dicunt̄ greci τῆς ἑλλάδος indigene. inde tractum est vt hoc nomine postea vocarentur omnes qui greca vtebantur lingua etiam si Asiam aut Egyptum incolerent: sicut & hodie latini omnes vocitantur qui latina vtuntur lingua: cum prius Latii tantum cultores eo nomine vocarentur. Solet tamen vetus interpres pro hoc nomine nōnunquam gentiles interpretari.

Vulgata editio. Tradidit illos deus in reprobum sensum. Paulus παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν. Faber. Tradidit eos deus in improbam mentem.

Stunica. ἀδόκιμος in greco reprobum aut reprobatum significat non improbum vt Faber transtulit. Neq3 vero est aliquis qui sensum in editione vulgata hoc loco accipiat pro αἰσθήσει quo nomine quinq3 sensus corporis designantur hoc est. ὄψις. ἀκοή. γεῦσις. ἀφή. ὄσφρησις. idest visus. auditus. gustus. tactus. odoratus. quiq3 hominibus cū brutis cō

munea sunt: sed pro eo sensu qui mentē potius & animi rationē ac intellectū significat.

EX CAP. II.

Vulgata editio. Non est enim personarum acceptio apud deum. Paulus ὀυ γάρ ἐςι προσωποληψία παρὰ τῷ θεῷ. Faber. Non est enim personarum respectus apud deum.

Stu. Dictio προσωποληψία nō alr ad verbū verti potuit nisi vt vet⁹ iterp̄s traduxit πρόσωπον em̄ psonā sonat & λαμβάνω accipe. Est aūt vsitat⁹ loquēdi mod⁹ in sacra scriptura accipe psonā p eo qđ est alicui deferre siue alicui⁹ rōnē habere. Lu. 20. Magr̄ scim⁹ qa recte dicis & doces & nō accipis psonā καὶ ὀυ λαμβάνεις πρόσωπον qđ Matthe⁹. cap. 22. Nō em̄ respicis psonā hoim dixerat sed illic in greco p respicis βλέπεις legit̄. Nō igit̄ opus erat a vetere iterp̄tatiōe hoc loco discedere cū sepi⁹ hoc loquēdi gn̄e vtat̄ scriptura. Ad Gala. 2. Deus psonā hois nō accipit πρόσωπον ἀνθρώπου θεὸς ὀυ λαμβάνει ad Ephe. 6. Et psonarꝫ acceptio nō est apud eū. i. deū καὶ προσωποληψία ὀυκ ἔςι παρ' ἀυτῷ. Actuū. 10. Q̄m nō est psonarū acceptor de⁹ ὅτι ὀυκ ἔςι προσωπολήπτης ὁ θεός. In epl̄a vero Iude admirari psonā legim⁹. Admirātes inquit psonas q̄stus gr̄a θαυμάζοντες πρόσωπα ὠφελείας χάριν.

Vulgata editio. Magr̄m infantiū. Paul⁹ διδάσκαλον νηπίων. Faber. Magr̄m paruulorꝫ.

Stunica. νήπιος infantes sonat & paruulos. p̄s. 8. Ex ore infantiū & lactētiū ἐκ ςόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων. Matthei. 11. Et reuelasti ea puulis καὶ ἀπεκάλυψας ἀυτὰ τοῖς νηπίοις. Vul. edi. Habētē formā scie. Paul⁹ ἔχοντα μορφὴν τῆς γνώσεως. Fa. Hn̄tē formā agnitiōis.

Stunica. Verbū γινώσκω preter cognoscere scire quoqꝫ significat. p̄s. 9. Sciant gentes quoniam homines sunt γνώτωσαν ἔθνη ὅτι ἄνθρωποί ἐισιν inde γνῶσις preter cognitionem pro scientia sepissime transfertur Psalmo. 18. Et nox nocti indicat scientiam. καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. Quid est autem scientia nisi scibilium exactissima cognitio?

EX CAP. III.

Vulgata editio. Primū quidē quia credita sunt illis eloquia dei. Paul⁹ πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι ἐπιςέυθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. Faber. Precipue quidē qđ credita sunt ei eloquia dei.

Stunica. πρῶτον primū significat nō precipue. Deinde in greco nō legit̄ quia credita sunt ei aut illi eloqa dei sed eis aut illis plurali nūero. Id em̄ significat verbū ἐπιςέυθησαν qđ est pluralis numeri. Decepit Fabrū vt ex examinatiōib⁹ apparet qđ relatiuū illis nō videbat̄ habere quid referret. Quasi cū apostolus dixit quid amplius est iudeo & greco vnū tantū hominem ex vtraqꝫ gente significare voluisset ac nō potius vtrunqꝫ populū.

Vulgata editio. Nunc autem sine lege iusticia dei manifestata est. Paul⁹ νυνὶ δὲ χωρὶς νόμου δικαιοσύνη θεοῦ πεφανέρωται. Faber. Nunc autem sine lege iustitia dei manifesta est.

Stu. Cū i greco legat̄ πεφανέρωται qđ est p̄teritū vocis passiue: reddi i latinū debuit p pticipiū passiuū qđ ē manifestat⁹. a. ū. cū substātiuo verbo vt vet⁹ hēt traductio. Nā manifestus. a. ū. adiectiuū est nomē nō pticipiū passiue vocis cui φανερός. α. ον. i greco rn̄dere solet

Vulgata editio. Quem proposuit deus propitiatorem. Paulus ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαςήριον. Faber. Quem proposuit deus propitiatorium.

Stu. ἱλαςήριος masculino gn̄e ppitiatorē significat ἱλαςήριον neutro ppitiatoriū. Cū vero ἱλαςήριον hoc loco accusatiui sit & vel ex masculio vel ex neutro possit descēdere. p masculinū poti⁹ gen⁹ iterpres trāsferēdū censuit. Ac sic qdē legit diu⁹ Ambro. i. ppitiatorē. & subdit. Hoc dicit qa i xp̄o pposuit de⁹. i. disposuit ppitiū se futurū hūano gn̄i si credat.

EX CAP. IIII.

Vulgata editio. Cui deus accepto fert iustitiam sine operibus. Paulus ᾧ ὁ θεὸς λογίζεται δικαιοσύνην χωρὶς ἔργων. Faber. Cui deus reputat iustitiam sine operibus.

Stu. Verbū λογίζομαι vnde λογίζεται reputare iputare & accepto ferre significat. Valla nō pbat accepto ferre sed magis acceptū ferre. Nō em̄ se ait alicubi legisse qđ meminissꝫ accepto ferre. Diu⁹ tn̄ Ambro. hoc loquēdi mō aliqn̄ vtit̄ & Tertullian⁹ i Apologetico.

Vul.edi.Cū iā fere cētū eēt ānoꝝ.Paul⁹ ἑκατονταέτης που ὑπάρχων.Fa.vbicētū eēt ānoꝝ.

Stunica.Dictio που q̄ i greco hic ponit̄ nō significat vbi hoc loco sed magis elegātie causa adiecta est sicut πως etiā addidi solet sūt eñi encliticę dictiōes nihil significātes sed ornatui tm̄ orōnis deseruiētes.quoties vero aliquidsonāt suū per se accētū habere solent.

EX CAP. V.

Vulgata editio . Regnabunt per vnum Iesum Christum . Paulus βασιλεύσουσι διὰ τοῦ ἑνὸς ἰησοῦ χριστοῦ. Faber.Regnabunt per Iesum Christum.

Stunica.Vnū faber ꝑtermisit qđ in greco legit̄ διὰ τοῦ ἑνός.Et necessario precedētib⁹ r̄ndere debebat. Si eñ (inquit Apl̄s) vni⁹ delicto mors regnauit per vnū: multo magis abundantiā gratie & donatiōis iustitie accipiētes in vita regnabūt per vnū Iesum xp̄m.

EX CAP. VI.

Vul.edi.Gr̄as aūt deo.Paul⁹ χάρις δὲ τῷ θεῷ.Fa.Gr̄a aūt deo.& i exami.poti⁹ gr̄a āt deo.

Stunica.Diuus Hiero.in epistols ad Suniam & fretelā regulā esse ait boni interpretis vt idioma alterius lingue sue lingue exprimat ꝓprietate ne dū interpretatiōis ꝓprietatē insequimur omnem decorē tralatiōis amittamus. Quod igit̄ grecis mos est singulari numero eleganter dicere χάρις τῷ θεῷ idest gratia deo: hoc apud latinos insulsissime sonat:ac per pluralem potius numerum illi referre solent idest gratias deo:aut deo gratias. Recte igit̄ ac secundū latini sermōis ꝓprietatē a vetere interprete hic locus traductus est.

Vul.edi.Finē vero vitā eternā.Paul⁹ τὸ δὲ τέλος ζωὴν αἰώνιον.Fa.Finē vero in vitā eternā.

Stunica. Greca exēplaria quotquot & nos hactenus vidimus nō hoc loco habent εἰς prepositionē quā Fabri grecus codex habuisse videt̄. Nō eñ credibile est Fabrū de suo illam adiecisse. Ipsa vero verba greca preter cōmunē traductionē ex eo quod τέλος aliqñ apud grecos aduerbialiter accipit̄: sic etiā possent interpretari.Finaliter aūt vitā eternā.

EX CAP. VII.

Vulgata editio.Ego autem mortuus sum. Paulus ἐγὼ δὲ ἀπέθανον. Faber. Ego autē mortuus eram.& in examinationib⁹Legendum inquit potius ego autem mortuus erā.

Stu.ἀπέθανον nō impfecti ꝑteriti est vox s; aoristi poti⁹ secūdi θνήσκω eñ irregulare verbū in futuro θανοῦμαι facit & in scđo aoristo ἔθανον & cū ꝓpositiōe ἀπέθανον Aoristi vero q̄p̄ idefiniti sūt id qđ eoꝝ nomē idicat:sepi⁹ tñ p ꝑterita pfecta q̄ p impfecta traduci solēt

Vulgata editio.Ego aūtē carnalis sum venūdatus sub peccato.Paulus ἐγὼ δὲ σαρκικός εἰμι πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. Faber. Ego aūt carnalis sum negociatus sub peccato.

Stunica.Pro eo qđ grece dicit̄ πεπραμένος idest venūdatus Faber negociat⁹ traduxit oblitus vt plane apparet negociat⁹ & si vocē habeat passiuā: significatū tñ habere actiuū cū negocior.aris. dicam⁹ nō negocio.as.Cicero ꝓ lege Manilia. Deinde ceteris ex ordinib⁹ hoies gnaui & idustrii ptim i Asia negociātur &c. Idē in verrē Actiōe secūda. Tñ ciues Ro.q Lāpsaci negociabātur cōcurrūt &c. Sigt aūt hoc verbū mercaturā exercere nō vēdere. At vero πράσσω vñ πεπραμένος vēdere sonat nō negociari. Act. 5. Nōne manēs tibi manebat & venūdatū in tua erat potestate? οὐχὶ μένον σοὶ ἔμενε, καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχεν. Nā q̄ ad traductiōis sue iperitissime intelligētiā Faber in exami.affert:haud digna sunt q̄ hic referant̄. Vix eñ semetipm̄ intelligit ac in media luce prius hallucinat̄.

EX CAP. VIII.

Vulgata editio. Si tamen spiritus dei habitat in vobis. Paulus εἴπερ πνεῦμα θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Faber.Siquidem spiritus dei habitat in vobis.& in examinatiōibus Ambiguitatem inquit facit interpres vbi Paulus suum dictum videtur confirmare: non dubitare.

Stunica.Nescio quid in mētē Fabro venerit vt περ grecā adiectionē q̄ dubitandi vim hoc loco manifeste obtinet affirmationis causa ab apostolo adiectā existimarit. Nam vt de adiectiōis hui⁹ natura interim sileā:animadnertere Fabrū oportuit doctores ecclesiastis

cos ad eum sensum hunc locum exposuisse qui ex vulgata editione colligitur. Origenes eni Apostolica hec verba edisserēs post aliquāta sic ait. Sed & vos in quib⁹ habitat spirit⁹ si tamē habitat: in carne nō estis sed in spiritu hoc est nō intelligentiā carnalē legis sequimini sed spiritalē per quā venistis ad spiritū viuificātē: si tñ act⁹ vr̃i tales sīt & cōuersatio vt spūm dei in vobis habere mereamini. Ambrosi⁹ itē hūc locū explanās sic ait. Hoc ideo ambigue dicit q2 in lege inducti nō adhuc ꝑfecte erāt fidei: sed spes in ei⁹ videbat ꝑfectiōis.

Vulgata editio. Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Paulus οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. Faber. Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperatur in bonum.

Stunica. Licet ex greca ipsa lr̃a & eo quoq; modo legi possit vt Faber traduxit: nemo tñ est doctorū veterū qui hunc locū aliter legerit & explicauerit nisi vt vetus traduxit interpres. Origenes. Intantū enim omnia cooperantur in bonū & collaborant his qui diligunt deū: vt & ipse spiritus adiuuet nec dedignetur diuina natura dux esse itineris alieni. Ambrosius item sic hunc locū legit. Scimus autem quoniam diligentibus deum omnia procedunt in bonum. ex cuius lectione omnis huius loci ambiguitas manifeste tollitur.

Vul. edi. Quis accusabit aduersus electos dei. Paulus τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν θεοῦ. Faber. Quis eos accusabit q aduersus electos dei sūt? Et i exami. qs accusabit aduersus electos dei? Et si sic inqt sermo grecus rep̄sentet: ad intelligētiā tñ latinā exprimendā aliter videt̄ hoc pacto. Quis accusabit aduersantes electis dei? aut alio simili modo paucis ad intelligentiā adiectis. Nō eñ deus accusat electos: sed eos qui eis aduersant̄. Hec Faber.

Stunica. Existimauit Faber verba illa Apostoli deus q iustificat: & q̄ sequūtur xp̄s iesus qui mortu⁹ est ꝓnūciatiue legi debere: ac respōsa qdē esse antecedētiū interrogationū: vt cū dicit̄ Quis accusabit aduersus electos dei? statim respōdeat̄. Deus qui iustificat. Rursus cū interrogat̄. Quis est qui cōdemnet? cōtinuo subiungatur xp̄s iesus qui mortu⁹ est &c. Cū vero impiū sit hoc dicere ac credere quod de⁹ accusabit electos suos: quodq; xp̄s cōdemnabit electos suos: ad vitādā hanc impietatē verba apostoli ita vt apparet trāsferēda censuit. Quanq; autē hic locus prima fronte obscur⁹ Fabro videret̄: nō tamē ꝓpterea Apostolica verba in latinū e greco transferens in cōtrariū sensum adiectis de suo que nō erant mutare debuisset: sed indagare poti⁹ quo nā hec modo intelligi deberēt: atq; ita demum hunc locū fideliter interpretari. Scire igit̄ lectorē oportet in greco sic p̄rsus haberi vt vet⁹ traductio cōtinet. i. Quis accusabit aduersus electos dei? Neq; ex greca lr̃a quouis modo elici posse Fabri traductionē q̄ falsissima est ac cōtra verba & mentē apostoli. Nō eñ per interrogationē & respōsionē verba illa legenda sunt: sed oīa per interrogationē q̄ tacitā habeat negatiuā respōsionē proferenda sunt. Quis inquit Ap̄s accusabit aduersus electos dei? Deus ne q iustificat? subaudit̄ nequaq;. Quis est q cōdemnet? xp̄s ne iesus q mortu⁹ est &c? Intelligit̄ minime. Qd' aūt verba hec ap̄lica sic ꝓferri ac itelligi debeāt vt nos expressim⁹: autor est diu⁹ Augu. libro. 3. de doctrina xp̄iana cui⁹ verba in mediū afferēda cēsui ne nr̃m hoc inuētū ac ꝓpterea nō magni faciēdū Faber existimaret. Que cūq; inqt de ambiguis distinctiōib⁹ dixim⁹: eadē obseruāda sunt & in ambiguis ꝓnūciatiōib⁹. Nā & ipse nisi nimia lectoris vicient̄ incuria aut regulis fidei corrigunt̄: aut precedētis vel cōsequētis cōtexione sermōis: aut si neutrū horū adhibet̄ ad correctionē: nihilo min⁹ dubie remanebūt vt q'lib3 modo ꝓnūciauerit lector nō sit in culpa. Nisi eñ fides reuocet q̄ credim⁹ deū nō accusaturū aduersus electos suos & xp̄3 cōdēnaturꝫ electos suos: pōt illud sic ꝓnūciari. Quis accusabit aduersus electos dei? vt hāc iterrogationē q̄si r̄nsio subsequat̄ de⁹ q iustificat. Et iterꝫ iterroget̄. Quis est q̄ cōdēnet? & r̄ndeat̄ iesus xp̄s q mortu⁹ est. Qd' credere q2 demētissimū est ita ꝓnūciabit̄ vt p̄cedat pcūctatio seq̄tur iterrogatio. Inter pcūctationē aūt & iterrogationē hoc veteres interesse dixerūt q3 ad pcūctatio

nem multa rñderi possunt: ad interrogationē vero aut nō aut etiā. pnūciabit̄ ergo ita vt post pcūctationē q̃dicim⁹. Quis accusabit aduersus electos dei? Illud qđ seq̃tur sono iter rogātis enūcieť. De⁹ q iustificat? vt tacite rñdeať nō. Et itē pcunctemur. Quis est q cōdēnet? rursusq; interrogemus xp̄s iesus qui mortuus est magis aūt qui resurrexit qui est in dextera dei qui & interpellat pro nobis? Vbiq; tacite respondeatur non. Hec Augustin⁹.

EX CAP. IX.

Vulgata editio. Dicis itaq; mihi quid adhuc queritur. Paulus ἐρεῖς οὖν μοι τί ἔτι μέμφεται. Faber. Dicis itaq; mibi quid adhuc accusatur.

Stu. Faber in exami. ppterea se ait hoc loco accusať trāsferre voluisse qđ cū idē q̃q; ver bū μέμφομαι significet ac μέμφεται ab eo declinatū hic impersonaľr sumať: verēdū erat ne qs putaret q̃riť idē hic esse qđ interrogať. Sciēdū igiť neminē esse tā rudis ingenii nisi is latine lingue prius fuerit ignar⁹ q q̃riť hic accipiat p iterrogať a q̃ro. is. Nec ipersonaľr hoc loco summiť sed actiue poti⁹ a q̃ror. eris. verbo deponēti. & ad deū referri debet nō ad illū qui peccat & in malo obduratur vt faber in examina. scripsit. Vnde origenes hūc locum exponens sic ait. Ergo si cui vult miseretur & quem vult obdurat hoc est inquit quod asseueras tu qui contradicis quia sine causa conqueritur & arguit homines deus.

Vulgata editio. Nunqd dicit figmentū ei qui se finxit. Paul⁹ μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι. Faber. Nunqd dicit figmentū ei qui finxit. Et in examina. Se inqt supfluum est.

Stunica. Verba ista greca nō potuerunt aliter latine ac proprie traduci nisi vt vetus editio continet: alioqui insulsissima simul & obscurissima fuisset tralatio. Nunquid dicit figmentum ei qui finxit quid me fecisti sic. subaudiendum enim erat necessario se.

Vulgata editio. Offenderunt enim in lapidem offensionis. Paulus προσέκοψαν γὰρ τῷ λίθῳ τοῦ προσκόμματος. Faber. Repulerunt enim lapidem offensionis.

Stu. Verbū προσκόπτω vnde προσέκοψαν offēdere ppe sigt. ps. 90. Ne forte offēdas ad lapidē pedē tuū. μήποτε προσκόψῃς πρὸς λίθον τὸν πόδα σου inde πρόσκομμα. i. offensio vel offēdiculū deducitur. Miror aūt cur Faber tā diuerso & a greco verbo alieno sigtu traducere verba aplica voluerit sensū nescio quē sequut⁹ vt ex ei⁹ cōmētariis appet. Sciendū vero lapidē offensiōis & petram scādali xp̄z dñz iudeis fuisse inquē offendētes corruerūt iuxta illud ex euāgelio luce. Ecce hic positus est in ruinā & resurrectionē multorū in israel.

EX CAP. X.

Vulgata editio. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Paulus καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. Faber. Corde creditur ad iustitiam: ore autem confitetur ad salutem.

Stunica. Qđ vet⁹ interps per circuitū elegātissime trāstulerat: id Faber traduxit inepitissime ore aūt inqens cōfiteť ad salutē impsonale verbū ex deponēti nūc demū efficiēs.

Vulgata editio. Et in fines orbis terre verba eorum. Paulus καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Faber. Et in fines habitate verba eorum.

Stu. Qđ supra ex autoritate diui. Hiero. dixim⁹ regulā esse boni iterp̄tis vt idioma alteri⁹ ligue sue lingue exprimat ppetate: hoc loco repetēdū est. Quāq; eñi οἰκουμένη ppe significat hitatā vt traduxit Faber: quā tñ greci οἰκουμένην vocāt latini orbē aut orbē terre appellare solēt. Luce. 2. Exiit edictū a cesare augusto vt describereť vniuersus orbis. ἐξῆλθεν δόγμα παρὰ καίσαρος αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. ps. 49. Me⁹ est eñi orbis terre. ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη. Cū itaq; οἰκουμένη orbē terre significet: inde tractū est vt Roman⁹ pont. qui totius orbis spiritualem gerit curā: oecumenicus. i. orbicularis sidici latine posset hoc est toti⁹ orbis pastor appelleť. Et generalia cōcilia oecumenica dicanť nō economicus & economica vt grecaꝝ litteraꝝ iperiti scribere ac pferre cōsueuerunt.

EX CAP. XI.

Vulgata editio. Sed quid dicit illi diuinum responsum. Paulus ἀλλὰ τί λέγει αὐτῷ ὁ χρηματισμός. Faber. Sed quid dicit illi responsum. Et in examina. diuinũ ait superfluit.

Stunica. Sciendũ est χρηματισμὸν nõ qualecunq͂ responsum significare id quod Faber existimauit: sed oraculum potius aut diuinum responsum. Quae eni3 apud ethnicos responsa deorũ dicebantur: hec greci χρηματισμοὺς vocant. & χρηματίζειν talia responsa reddere. Atq͂ in hunc sensum in sacris reperies scripturis hec semper accepta.

Vulgata editio. Dedit illis deus spiritum compunctionis. Paulus ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς πνεῦμα κατανύξεως. Faber. Dedit illis deus spiritum recalcitrationis.

Stunica. Cum in greco sic legatur vt littera nr̃a habet idest spiritum cõpunctionis id enĩ sonat πνεῦμα κατανύξεως Faber spiritũ recalcitratiõis transtulit sensum nescio quẽ vt assolet potius sequutus quam verã verbi greci interpretationẽ. Atqui nõ oportebat tanta vti licẽtia vt pro dictione cõpunctionẽ significãte recalcitrationẽ trãsferret: qd᷑ greca quidem dictio nullo modo significare potest. νύσσω enim pungo significat & cum κατὰ prepositione iunctum compungo. ps̃.4. Et in cubilibus vestris compungimini ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. inde νύξις punctionem & κατάνυξις compunctionem Psalmo.59. Potasti nos vino compunctionis ἐπότισας ἡμᾶς οἶνον κατανύξεως.

EX CAP. XII.

Vulga. edi. S3 sapere ad sobrietatẽ. Paul⁹ ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν. Faber. S3 sape ad modestiã.

Stunica. σώφρων ille dr̃ pprie qui σῶαν ἔχει τὴν φρένα. i. qui sospitẽ hẽt mẽtẽ: inde em̃ videtur cõpositũ esse nomẽ. tales aũt latine sobrii dicũtur quin & a greca dictiõe videtur latina fuisse deducta paucis cõmutatis lr̃is. Nõ solũ aũt sobri⁹ is intelligitur q ebrio opponitur: sed gñali q̃dã appellatiõe q modest⁹ ac tẽperatus est. Inde σωφροσύνη sobrietas modestia ac tẽperãtia iterp̃tari poterit & σωφρονεῖν verbũ sobriũ esse modestũ ac tẽperatũ.

Vulgata editio. Gaudere cũ gaudentib⁹: flere cũ flentibus. Paulus χαίρειν μετὰ χαιρόντων, καὶ κλαίειν μετὰ κλαιόντων. Faber. Gaudendũ cum gaudentibus: flendũ cũ flentibus.

Stu. Nõ p gerũdiũ greca verba trãsferẽda erãt si vet⁹ traductio fabro displicebat: quãq͂ illa lr̃am quidẽ expressit grecã sed per iperatiuũ potius. Est em̃ ppriũ greci sermonis per infinitiuũ nõnunq͂ impare. quẽ loquẽdi modũ hispan⁹ quoq͂ sermo q̃nq͂ representat a grecis fortasse acceptũ ex quorũ lingua nõnulla adhuc vocabula i cõmuni vsu retinem⁹.

EX CAP. XIII.

Vulgata. edi. Qui em̃ diligit proximũ legẽ impleuit. Paulus ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸν ἕτερον, νόμον πεπλήρωκεν. Faber. Qui em̃ diligit alium legem impleuit. Et in examina. Nõ dicendum inquit hic proximum sed alium. Diligere enim aliũ plus se fundit itaq͂ latius quã diligere proximũ. Nam illud ad deũ & proximũ: hoc autem ad proximũ solũ. Hec faber.

Stu. Soleo pfecto ridere cũ in has fabriles subtilitates icido sub appellatiõe em̃ ali⁹ deũ & pximũ inq̃t cõtineri. Quasi hoc loco de dilectiõe dei agat ap̃ls & nõ poti⁹ de dilectiõe pximi. Nemini ait ap̃ls q̃cq̃ debeatis nisi vt inuicẽ diligatis & infert q em̃ diligit pximũ legẽ ipleuit. Nã sequẽtia q̃ cõmemorat p̃cepta dei ĩ hoc vt ipe ait verbo instaurãtur. Diliges pximũ tuũ sicut te ipm̃. Vides quõ de pximi tm̃ dilectiõe hic loq̃tur ap̃ls & nõ de dilectiõe dei. & quẽ supra ἕτερον. i. alterũ aut aliũ appellauerat τὸν πλησίον hic noĩat q̃ dictio ne pxim⁹ in sacris lr̃is semp designatur. ἕτερος igitur quãuis alterũ siue aliũ pprie significet: hoc tamẽ loco pro proximo accipitur sicut elegantissime vetus interpres traduxit:

EX CAP. XIIII.

Vulgata editio. In hoc enim christus mortu⁹ est & resurrexit. Paulus εἰς τοῦτο γὰρ χριστὸς καὶ ἀπέθανε καὶ ἔζησεν. Faber. Ad hoc enim christus mortuus fuit & resurrexit.

Stu. Existimauit faber vt ex examina. appet mortu⁹ est i vulgata editiõe dep̃senti accipi: & q᷑ tãt⁹ error vitaretur testimõio ex Apocalypsi allato dicẽdũ poti⁹ asserit mortu⁹ fuit.

Nam si est inquit viuens quomodo mortuus est. Itaq; dum Faber errorem qui ex hac lectione sequi sibi videbatur extirpare nititur: artis potius grãmatice ignorantiã prefectus lit nõ aduertens verbum est cum participio preteriti passiui cõiunctum vim habere preteriti & tantũ esse mortu⁹ est quantũ mortu⁹ fuit. ac neminem adeo hebetis esse ingenii & tam crasse rusticitatis vt mortu⁹ est hoc loco & vbicunq; nõ intelligat esse de preterito.

Vulgata editio. Iam nõ secundum caritatem ambulas. Paulus οὐκέτι κατὰ ἀγάπην περιπατεῖς. Faber. Non amplius secundum dilectionem ambulas.

Stunica. ἀγαπάω verbũ diligere proprie significat & ἀγάπη dilectionem & ἀγαπητὸς dilectum. Cũ vero caritas idem sit quod dilectio: inde obtinuit vt que grece in sacris scripturis ἀγάπη dicitur latine caritas diceretur: nõ enim caritas grecum est nomẽ sicut nec carus nec carissimus nec cum aspiratione hec nomina scribi debent vt imperitũ vulgus existimat. Vetus tamen interpres licet pro hoc nomine ἀγάπη frequentius caritatem transferat: aliquando tamen dilectionem traducere solet.

EX CAP. XV.

Vulgata editio. Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos. Paulus διὸ καὶ ἐνεκοπτόμην τὰ πολλὰ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς Faber. Propter quod impeditus sum multis ne ad vos venirem. & in examina. dicendum inquit potius multis vel circa multa.

Stunica. Existimauit Faber τὰ πολλὰ hoc loco nominaliter esse positum ac veterem errasse interpretem quod per aduerbiũ illud reddiderit. Ceterũ verius errauit Faber. Siquidem τὰ πολλὰ hoc loco aduerbialiter positum est.

EX CAP. XVI.

Vulgata editio. Salutate Epheneтũ. Paulus ἀσπάσασθε ἐπαινετόν. Faber. Salutate epenetum. & in examina. Ex paulo inquit epenetum.

Stunica. Solẽt aliqñ latini nõnulla ex grecis nominib⁹ q̃ per. p. exile apud illos scribũtur: per eãdẽ litterã aspiratã reddere quo molliora efficiantur & platu suauiora. Sic qđ greci τρόπαιον dicũt latini trophеũ protulere. & qđ illi δηϊπύλη nos deiphyle qđ illi ὑψιπύλη nos hypsiphyle cũ. p. aspirato scribere cõsueuim⁹. Hui⁹ aũt obseruatiõis nõ immemor vet⁹ iterpр̃s ꝓ epeneto qđ grece dr̃: epheuctũ ĩterposita aspiratiõe elegãter reddidit.

Vulgata editio. Saluto vos ego tertius qui scripsi epistolam in domino. Paulus ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ τέρτιος ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν ἐν κυρίῳ. Faber in examina. Tertium hoc loco non proprium vult esse nomen sed appellatiuum potius. Tertius enim inquit vocabulum est Romanum quod Paulus Romanis scribens inseruit grecis vocabulis tertius ergo idest tertio loco. primum locum dedit timotheo. Secundum consanguineis suis lucio iasoni & sosipatro. tertium sibi. verum quia tertius peregrina lingua est hellenibus: greci vt proprium nomen scribunt: locum istum non facile habentes peruium. Hec faber.

Stunica. Satis quidẽ infeliciter ne dixerim imperite hunc apostoli locũ in examina. Faber explicuit. primũ quia nusquam legimus Paulũ romani sermonis appellatiuas voces suis epistolis inseruisse. Deinde quia superuacaneũ certe fuisset etiam si Romanis scriberet latina grecis immiscere: ac cum totam epistolam greca cõscripsisset lingua in calce eiusdẽ latinũ nomen inserere idest terti⁹. quasi cũ dixit ἐγὼ τέρτιος idest ego terti⁹ nõ ἐγὼ τρίτος dicere potuisset si de se id dictum voluisset. Sciendũ ergo tertium hoc loco nõ esse appellatiuũ nomẽ sed ei⁹ notarii propriũ qui dictante apostolo epistolã excepit. est autẽ huius sentẽtie autor diu⁹ Ambrosi⁹ qui hũc locũ edisserens sic ait. Tertius noĩe nõ numero. Hic est scriba epistole cui cõcessit suo nomine salutare plebem Romanam ad quã scribit vt ceteros salutent quos nominat. Adhuc eñi rectores ecclesiis paucis erant in locis.

Vulgata editio. Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis & Quartus frater. Paulus ἀσπάζεται ὑμᾶς ἔραστος ὁ οἰκονόμος τῆς πόλεως καὶ κούαρτος ὁ ἀδελφός. Quartũ hoc quoq; loco Faber

appellatiuam vult esse vocem nō hominis propriam & ad Erastū esse referendā. Et tante inquit bonitatis fuit vt Paul⁹ quartū fratrē nomine tamē grecis pegrino sed romanis cognito noiaret. Se eīm tertio loco vt pri⁹dictū est posuit: & hūc ascilcit qrto loco. Hec faber.

Stunica. Quis tam ferreū habeat cor aut prorsus tam adamantinū que; Fabri nō hoc loco misereseat. qui cum nauiget in portu non solum vbi anchoram iaciat non inuenit: sed ex portu ipso in vndosum se mare precipitanter proripit. Que iecirco a me nūc prefata sunt quod cū planus sit textus apostolicus imo cum nihil aliud significare possit nisi vt ex vulgata editione percipitur: oculos habens Faber que clara sunt penitus nō cernit. Quod si dedita id facit opera nō iam miseratione dignū censeo sed reprehensione poti⁹. Nam vt omittam quod nusquam vt paulo ante diximus apostolus Paulus latinas vocea que appellatiue sint suis epistolis inseruit: ex ipsa greca litteratura si tamen greci aliquid Faber nouerat: quartum proprium esse hoc loco nomen nō appellatiuū facile discere potuisset: diuersumq; ab Erasto esse non Erasti relationem faciens: cum ὁ articulus qui dictioni ἀδελφὸς preponitur manifeste declaret quartum propriū esse nomen. Erantq; Romanis propria olim nomina Tertius & Quartus sicut Quintus & Sextus. In origenis tamen homiliis & Marcus frater hic legitur. Quod vero Faber ait arcariū se arbitrari hoc loco vocabulū esse corruptum ac dicendū potius erarium quasi cui erarii publici cura cōmissa erat: nō id ego quomodo ausim affirmare cū latini omnes codices etiā vetustissimi arcarium habeant nō erarium. Grece vero οἰκονόμος habetur pro quo diuus Ambrosius dispensatorem legit. Quid quod apud hester diuo Hierony. interprete arcarii quoq; vocabulū legimus capite tertio vbi dicitur & decem milia talentorum appendam arcariis gaze tue. nisi forte erariis quoq; & illic scribendum Faber asseuerat.

EX EPISTOLA PRIMA AD CORINTHIOS. CAP. I.



Vlgata editio. Nisi crispum & caium. Paulus εἰμὴ κρίσπον καὶ γαΐον. Faber. Nisi crispum & gaium. & in examina. In paulo inquit gaium p.g.

Stunica. Crispus & caius romana sunt vocabula nō greca. Caius vero apud latinos per.c. scribitur & per.g. profertur. Inde greci nō ad orthographiā attēdētes sed ad platonē tātū gaiū per.g. scribūt. Recte igi' vet⁹ interpres ex greco trāsferēs latinū nomē pprie scripture reddidit.

Vulgata editio. Nōne stultā fecit deus sapientiam hui⁹ mundi. Paulus οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου. Faber. Nōne inanē fecit deus sapientiā huius mundi.

Stunica. Dictio μωρὸς stultum significat. vbi enim statim sequitur Nam quod stultum est dei sapientius est hominib⁹ in greco sic habetur ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστί. Et μωρία stultitia in greco dicitur cuius quidem rei in hoc capitulo plura habentur exempla. Inde μωραίνω verbum quod significat stultum facere. ad Romanos. i. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν.

Vulgata editio. Videte enim vocationem vestram fratres. Paulus βλέπετε γὰρ τὴν κλῆσιν ὑμῶν ἀδελφοί. Faber. Videtis enim vocationem vestram fratres.

Stunica. Verbum βλέπετε ambiguum est. & vel videte vel videtis interpretari potest nam & indicatiui & imperatiui vox est. Hoc autem loco potius videtur per imperatiuū legendum ac sic quidem omnes ecclesiastici doctores hunc locum citare sunt soliti. Ides; enim est hic videte ac si diceret consyderate animaduertite.

Vulgata editio. Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Paulus ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον αὐτοῦ. Faber. Vt non glorietur omnis caro in conspectu dei.

Stunica. Greci codices quotquot nos hactenus vidimus αὐτοῦ hoc loco habent idest eius nō θεοῦ vt ex Paulo legendum esse Faber in examinationib⁹ asserit.

EX EPISTOLA

EX CAP. II.

Vulgata editio. Quia spiritualiter examinatur. Paulus ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται. Faber. Quia spiritualiter diiudicantur.

Stunica. Ex greca ipsa littera que ambigua est vtroq; modo legi potest idest aut singulariter vt vetus interpres transtulit aut vt Faber pluraliter. ἀνακρίνεται autē examinatur discernitur diiudicatur interpretari potest. Textus Ambrosian⁹ quoniā spiritualiter iudicatur habet. ex quo apparet singulariter hoc legi debere vt vetus interpres traduxit.

EX CAP. III.

Vul. edi. Dei ei sum⁹ adiutores. Paul⁹ θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί. Faber. dei ei sum⁹ coopatores

Stunica. Greca dictio συνεργοὶ proprie significat cooperatores. sed tamen quid est esse cooperatores nisi operis alicuius adiutores. Hanc autem dictionem frequentius vetus interpres sic transfert quod cum idem sit sensus nil refert hoc ne an illo modo traducatur.

Vulgata editio. Et spiritus dei habitat in vobis. Paulus καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. Faber. Et spiritus sanctus habitat in vobis.

Stunica. In greco ita habetur vt vet⁹ refert editio idest spirit⁹ dei. nō spūs sanct⁹ vt Faber trāstulit. quāquā is in cōmentariis spūs dei legit oblitus vt appet prioris traductiōis.

EX CAP. IIII.

Vulgata editio. Et colaphis cedimur. Paulus καὶ κολαφιζόμεθα. Faber. Et cedimur.

Stunica. Verbū κολαφίζω nō cedere simpliciter significat s; colaphis cederē. Math. 26. Et colaphis eū ceciderūt καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν. qđ alibi p colaphizare iterpēs reddidit. 2. ad Corin. 12. Dat⁹ est mihi stimul⁹ carnis mee angelus sathane q me colaphizet. ἵνα με κολαφίζῃ.

EX CAP. V.

Vulgata. edi. Cōgregatis vobis & meo spū. Paul⁹ συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ πνεύματος. Faber. Cōdolētib⁹ vobis & spū meo. Et in examina. poti⁹ inqt dicēdū cōdolētib⁹ aut cōtristatis vobis & meo spū. verbū em̄ ἄχθομαι tristor significat cui⁹ cōpositū συνάχθομαι.

Stunica. Nō affabre hunc locum Faber interpretat⁹ est: sed imperite admodum ac vt liberius iam loqui incipiam: somniculose. Siquidē dictio συναχθέντων pro qua vetus traductio cōgregatis habet: nō a συνάχθομαι idest cōdoleo quod Faber existimauit sed a συνάγομαι idest cōgregor deducta est. Na; cū ἄχθομαι deponēs verbū ἀχθέσομαι in futuro faciat & in aoristo primo ἠχθέσθην cōsequēs est vt aoristi participiū ἀχθεσθεὶς sit nō ἀχθεὶς qđ ab ἄγομαι passiuo cui⁹ aoristus est ἤχθην descēdere manifestū est. Hec vero adeo plana sunt & nota: vt exēplis nō indigeant. Quod si nobis diffidit Faber: legat autores grecos apud quos ἀχθεὶς ab ἄγομαι & ἀχθεσθεὶς ab ἄχθομαι sepissime reperiet declinata.

EX CAP. VI.

Vulgata editio. Secularia igitur iudicia si habueritis: cōtemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum. Paulus βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε. Faber. Si temporalia igitur pretoria habeatis: eos qui in ecclesia contempti sunt sedere facitis?

Stunica. Pro vnico vite nomine quod latini habent: duo apud grecos reperiuntur. i. ζωὴ & βίος. At vero ζωὴ eam proprie vitam significat qua vt cetera animalia & viuimus & respiramus. βίος vero & rationalem solū vitam & vite tempus & victū ac substantiam idest facultates sonat. Cū itaq; & mundum seculū & seculum hanc vitam appellare vulgo soliti simus: recte hoc significatu βιωτικὰ secularia a vetere interprete tralatū est ac si diceret vitalia idest ad vitam pertinētia. Errauit vero Faber cū tēporalia pretoria pro eo quod est iudicia secularia transtulit. Nō eni hic agitur de pretoriis sed de iudiciis & cōtentionibus que quotidie accidere solebant. Quanq; vero verbum καθίζετε anceps est & per indicatiuū & per imperatiuum transferri potest: ratio tamē precedentiū & subsequēs

tium exigit vt per imperatiuum hec verba transferri debeant. Ea enim esse apparet intẽtio Apostoli vt christiani videlicet a christianis iudicarẽtur & nõ potius ab ethnicis iudicibus. Nam cũ prius dixisset audet aliquis vestrũ habens negociũ aduersus alterum iudicari apud iniquos & nõ apud sanctos? vltimo loco infert sed frater cũ fratre iudicio contendit & hoc apud infideles. Nõ igitur vt Faber in examina. asserit Apostolus reprehendit corinthios quod videlicet sapientib9 pretermissis cõtemptibiles iudices facerẽt. Sed illud quidem instantissime precipit primũ vt a christianis iudicarent nõ ab infidelibus: deinde vt nõ maioris dignitatis hoĩes idest qui in spiritualibus ecclesie prodesse poterant tẽporalib9 negociis preficerẽt: sed eos qui inferioris essent gradus & min9 in ecclesia vtiles. Sicut fecerũt Apl'i actuũ. 6. cõstituentes diaconos circa tẽporalia vt presbiteri & episcopi liberi9 spũalibus vacarẽt. Nõ est aũt pretermittẽdũ elegãtissima periphrasi veterẽ interpretẽ verbũ καθίζετε trãstulisse alioq intelligentia prsus caruisset hos sedere facite siue collocate aut cõstituite nisi additũ esset ad iudicãdũ cũ ꝑserti de iudiciis hoc loco ageret.

Vulgata editio. Quẽ habetis adeo. Paulus οὗ ἔχετε ἀπὸ θεοῦ. Faber. Qđ hẽtis adeo.

Stunica. Existimauit Faber grecũ οὗ relationem facere templi ac ꝑpterea per neutrũ quod transferendum censuit. Ceterũ nimium deceptus est: nam secundum greci sermonis proprietatem nõ templi relationem facit sed spiritus potius. Alioqui ὃν ἔχετε Apostolus scripsisset si de templo qui grece ναὸς dicit hoc voluisset esse intelligendũ. Est enĩ greci sermõis propriũ attici presertim postpositiuos articulos idest relatiuũ quis vel qui eo casu ponere quo sua antecedẽtia etiã si artis ratio repugnet. Vnde illis peculiare est dicere χρῶμαι οἷς ἔχω βιβλίοις & ἀπολαύω ὧν ἔχω ἀγαθῶν. Autor est Theodor9 gaza libro quarto τῶν εἰς τέσσαρα. Suppetunt autem huius rei multa exempla ex sacris scripturis veteris & noui testamenti que breuitatis causa pretermittimus.

EX CAP. VII.

Vul. edi. Nolite fraudare inuicẽ. Paul9 μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους. Fa. Nolite ꝑuati eẽ abinuicẽ.

Stunica. Videtur per hanc Fabri traductionẽ & per ea que in examina. super hoc loco disseruit apostolũ precipere voluisse ne vir & vxor societatẽ cõmunem aliquando desererent: nisi forte ex cõsensu ad tempus orationis gratia. Enimuero cõtraria est apostoli sententia Fabri tralationi ac sensui. Precipit enĩ Paulus ne se ab inuicem fraudent actu cõiugali de quo paulo ante dixerat vir vxori debitũ reddat: similiter autem & vxor viro. Vnde paucis interiectis subdidit. Nolite fraudare inuicem. Glossa interlinealis. subtrahere debitum quod posset esse causa adulterii. ἀποστερεῖν vero fraudare & priuare significat. eleganti9 vero hoc loco positũ est fraudare: quãquã vtriusq̧ significat9 idẽ est sensus.

Vulgata editio. De virginibus autem preceptum domini non habeo: consilium autẽ do. Paulus περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι. Faber. De virginibus autem mandatum domini non habeo: sententiam tamen do.

Stunica. Caute legenda est hoc loco Fabri interpretatio. Neq̧ aliquis putet sententiã hic ab eo accipi pro iudiciali sententia hoc est pro precepto determinante γνώμη enĩ eam sententiam sonat que est cõsilium: vt si rogatus aliquis de re dubia id proferat in mediũ quod sibi optimũ factu videbitur: qđ latinis quidẽ dicere sententiã nõ dare moris est dicere. Diuus Ambrosius cõsiliũ hic legit & ait. Cõsiliũ autẽ do. nõ quod displiceat neq̧ adulatiõe fucatũ sit. quia ad hoc grãm cõsequut9 est vt idone9 sit in dandis cõsiliis salutarib9.

Vulgata editio. Preterit enim figura huius mundi. Paulus παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. Faber. Decipit enim figura huius mundi.

Stunica. Verbum παράγω preterire proprie significat. Marci. 15. Et angariauerunt quempiam pretereũtem simonem καὶ ἀγγαρεύουσι παράγοντά τινα σίμωνα. Ioannis. 9. Et preteriens iesus vidit hominem cecũ a natiuitate. καὶ παράγων ὁ ἰησοῦς εἶδεν ἄνθρωπον

τυφλὸν ἐκ φύσεως. In hunc quoq; sensum qui ex vetere traductione colligitur diuus Ambrosius apostolica verba intellexit cum ait. Quia finiri mundū dixit: ostendit figura sei⁹ preterire & hūc esse finē i. est nō substantiā ei⁹ preterire sed formā. Itaq; si forma mundi peribit: dubiū vtiq; nō est oīa q̄ in mūdo sunt interire ideo p̄terit q̄a q̄tidie senescit mūd⁹.

EX CAP. VIII.

Vulgata editio. Scientia inflat. Paulus ἡ γνῶσις φυσιοῖ. Faber. Cognitio inflat.

Stunica. Vel q̄a hic locus sepissime hoc modo ab oībus citat̄ mutare illū Faber nequa q̄ debuisset. Cū p̄sertim γνῶσις in sciā frequēter trāsferat̄ vt sup̄ ad Ro. cap. 2. dictū est.

EX CAP. IX.

Vulgata editio. Mea deffensio apud eos q me interrogāt hec est. Paul⁹ ἡ ἐμὴ ἀπολογία τοῖς ἐμὲ ἀνακρίνουσιν αὕτη ἐστίν. Faber. Mea deffensio aduersus eos q me explorāt hec est.

Stunica. Verbum ἀνακρίνω discutere recēsere indagare & interrogare significat. Hoc vero loco melius quadrat interrogant quam explorant. Verbū enim grecū quod ponit̄ hoc loco pro eo quod littera nr̄a habet deffensio respōsionem significat est em̄ ἀπολογία quod proprie sonat responsionem nō quidem qualencunq; sed que cum deffensione est & excusatiōe. Mea inquit apostolus apologia aduersus eos q me interrogāt hec est. Nunquid nō habemus potestatem manducandi & bibendi & cetera que sequuntur in littera.

Vulgata editio. Nunquid nō habemus potestatem mulierem sororem circunducendi sicut & ceteri apostoli & fratres domini & cephas? Paulus μὴ οὐκ ἔχομεν ἐξουσίαν ἀδελφὴν γυναῖκα περιάγειν ὡς καὶ οἱ λοιποὶ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦ κυρίου καὶ κηφᾶς. Faber. Nōne habem⁹ potestatē sororē vxorē circūducēdi quēadmodū & reliq ap̄li & frēs dn̄i & cephas?

Stunica. Diuus Hieronym⁹ libro. 1. cōtra Iouinianū cap. 14. Lōge aliter hunc apostoli locum intellexisse videtur quam Faber: non enim de vxoribus hic sensisse apostolū ait se de illis mulieribus que iuxta morem iudaicum magistris de suis facultatibus ministrabant. Necessarium autem mihi visum est verba ip̄a Hierony. ad plenum hic adscribere. Si autē nobis inquit illud opposuerit ad probandū quod omnes apostoli vxores habuerint. Nunquid nō habemus potestatem mulieres vel vxores circunducendi (γυνὴ apud grecos vtrunq; significat) sicut ceteri apostoli & cephas & fratres domini: iūgat & illud quod in grecis codicib⁹ est. Nunquid nō habemus potestatem sorores mulieres vel vxores circunducendi. Ex quo apparet eum de aliis sanctis dixisse mulieribus que iuxta morem iudaicum magistris de sua substantia ministrabant sicut legimus ipsi quoq; dn̄o factitatum. Nam & ordo verborū hoc significat. Nunquid nō habemus potestatem manducandi & bibendi aut sorores mulieres circunducendi. Vbi de comedendo & bibendo ac de administratione sumptuū premittitur: & de mulieribus sororibus sic infertur: perspicuum est nō vxores debere intelligi sed eas vt diximus que de sua substantia ministrabāt quod & in veteri lege de sunamite illa scribitur que solita sit Heliseum recipere: & parare ei mensam & panem & candelabrū &c. Aut certe si γυναῖκας vxores accipimus nō mulieres: id quod additur sorores tollit vxores & ostendit eas germanas in spiritu fuisse: nō cōiuges. Q̄uanq̄ excepto apostolo Petro nō sit manifeste relatum de aliis apostolis quod vxores habuerint: & cum de vno scriptum sit ac de ceteris tacitū: intelligere debeamus sine vxoribus eos fuisse de quibus nihil tale scriptura significat. Diu⁹ quoq; Ambrosius: ad eundem modū hunc locū videtur intellexisse cū ait. Ideo addidit & cephas quia cū primus esset inter apostolos nō refutabat sumptus oblatos. Cephas ipse est simon petrus. Mulieres em̄ desiderio doctrine dominice & cupide virtutū sequebant̄ ap̄los & ministrabāt eis & sumpt⁹ & seruitia sicut & saluatorē sequute sūt ministrātes ei de facultatib⁹ suis.

Vulgata editio. Non alligabis os boni trituranti. Paulus οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα. Faber. Non frenabis bouem arantem.

Stunica. Verbũ φιμόω vñ φιμώσεις nõ frenare significat sed obturare os. Matth. 22. Pharisei autem audientes q̃d silentium imposuisset sadduceis οἱ δὲ φαρισαῖοι ἀκούσαντες ὅτι ἐφίμωσε τοὺς σαδδουκαίους idest q̃d illorum ora occlusisset siue obturasset. Inde φιμόομαι deponens verbũ ꝓ obmutescere accipit̃. ꝓprie em̃ hec verba ad oris clausurã ptinẽt. Sed neq̧ boui frenũ bene adaptari posset quanq̃ prima ad Timo. cap̃. 5. vbi hec verba ab Ap̃lo repetunt̃ vulgata editio infrenabis hẽt ꝓ eo q̃d hic alligabis legit̃ ἀλοῶν vero vnde ἀλοῶντα non arare sed triturare interpretat̃. quid em̃ referebat bouem arantẽ infrenare? Similis dictio est paulo infra vbi dicit̃ & qui triturat in spe fructus ꝑcipiendi. grece καὶ ὁ ἀλοῶν &c. Ex ipsa quoq̧ hebrea origine vnde Ap̃ls hoc testimoniũ sumpsit optime hic locus declarat̃ sic em̃ hebraice legit̃ Deut. 25. לא תחסם שור בדישו pro quo beat⁹ Hiero. sic trãstulit. Nõ ligabis os bouis triturãtis in area fruges tuas. Lxx. vero iterpretes iisdẽ verbis hebraica trãstulerũt quib⁹ ab ap̃lo hic referunt̃. i. οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα.

Vulgata editio. Si autem inuitus dispensatio mihi credita est. Paulus εἰ δὲ ἄκων οἰκονομίαν πεπίστευμαι. Faber. Si autem inuitus dispensationi creditus sum.

Stunica. Videt̃ non agnouisse hoc loco Faber grecanicam dicendi ꝓprietatem quibus motis est dicere dispensationem creditus sum pro dispensatio mihi credita est hoc enim sonat οἰκονομίαν πεπίστευμαι vt vetus interpres elegantissime transtulit nõ dispensationi credit⁹ sum. Non enim homo dispensationi credit̃ sed homini potius dispensatio. Est autem familiare Apostolo hoc dicendi genus. Sic supra ad Romanos tertio. Primum quidem quia credita sunt illis eloquia dei πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ.

Vulgata editio. His qui sine lege erant tanq̃ sine lege essem cum sine lege dei nõ essem sed in lege essem Christi vt lucrifacerẽ eos qui sine lege erant. Paulus τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, μὴ ὢν ἄνομος θεῷ ἀλλ᾽ ἔννομος χριστῷ ἵνα κερδήσω ἀνόμους. Faber. Illegitimis quasi illegitimus cum nõ essem illegitimus deo sed legitimus Christo vt lucrifacerem illegitimos.

Stunica. Queso q̃s fabrilẽ interp̃tationẽ legẽs si grece lingue est ꝑrsus ignar⁹ nõ existimabit illegitimos & legitimos a Fabro hic vocari quos vulg⁹ sic vocat. i. qui iniustis aut iustis nuptiis sunt ꝓcreati. Scĩẽdũ vero veterẽ interp̃tẽ elegãtissima piphrasi verba greca ἄνομος & ἔννομος traduxisse nihilq̧ aliud illa significare nisi vt ab eo tralatũ est. Q̃d si singulis verbis latinis singula illa greca reddere Faber volebat sic vt opinor meli⁹ traduxisset Exlegib⁹ tanq̃ exlex cũ exlex deo nõ eẽꝫ sed i lege eẽꝫ xp̃i vt lucrifacerẽ exleges. Sꝫ vt ipropria est Fabri tralatio: ita hec nr̃a durissima ac ꝓpterea vet⁹ traductio magis amplectẽda est.

EX CAP. XII.

Vulgata editio. Et quosdã q̃dẽ posuit de⁹ in eccl̃is primũ ap̃los: secũdo ꝓphetas &c. Paulus καὶ οὓς μὲν ἔθετο ὁ θεὸς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας. Fa. Et quos quidẽ posuit de⁹ in eccl̃is? Primũ ap̃los sc̃do ꝓphetas. & i exami. rursus alĩr traducit. Legi inq̃t põt & suos q̃dẽ posuit de⁹ i eccl̃is. Vocabulũ em̃ ὅς q̃ vtit̃ hic Paul⁹ ꝓ q & su⁹ vsurpi solet.

Stunica. Artis grãmatice ignorãtia Fabrũ sepissime in errores adducit. Atq̧ ea quidẽ est causa cur aliter i textu grece intelligẽtie & in exami. quas vocat aliter nõnunq̃ traducat quãq̃ vtrobiq̧ hoc loco manifeste hallucinat⁹ est. Nõ em̃ per articulũ postpositiuũ ὅς greci interrogare solẽt: sed per τίς τὸ ἐρωτηματικόν. Sed neq̧ suos ea dictio significare potest. Siquidẽ ꝓnomẽ ὅς idest Sui primitiuũ est: ac eius deriuatiuũ ἑός. ἑή. ἑόν. idest suus. a. um. ἑοὺς igit̃ dicendũ erat ad hoc vt suos significaret nõ οὓς quanquam in prosa oratiõe raro aut nunquam hoc deriuatiuo ἑός auctores vtuntur: sed per circuitũ id potius exprimere solent. Hoc autem loco postpositiuus articulus pro prepositiuo positus est idest οὓς pro τοὺς quasi diceret. Et hos quidem posuit deus in ecclesia primũ apostolos: secũdo ꝓphetas idest quosdam quidẽ apostolos quosdam vero ꝓphetas. Sic em̃ in epistola ad Ephesios. cap̃. 4. positũ legim⁹ tametsi τοὺς illic legit̃ pro eo q̃d hic οὓς Ap̃ls posuit.

EX CAP. XIII.

Vulgata editio. Factus sum velut es sonans aut cymbalum tinniens. Paulus γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. Faber. Factus sum es resonans & cymbalum iubilãs. & in examinationibus velut inquit abundat.

Stunica. Aut greca exemplaria vnde interpres ecclesiasticus transtulit dictionem aliquam habuere velut significantem aut si ea penitus caruerunt elegantissime a vetere interprete addita fuit ad exprimendũ Apostoli sensum. Nõ enim Apostolus significare voluit se factum esse es sonans aut cymbalum tinniens sed tanquam es sonãs aut cymbalum tinniens. Et vero cõiunctio nõ legit̃ in greco vt Faber reddidit sed aut vt littera nostra habet id enim significat dictio ἢ. Quod vero tinniens pro ἀλαλάζον vulgata editio continet eleganter id quidem ac proprie. Non enim cymbalum iubilat cum pulsatur sed tinnit. Que igitur eleganter ac fideliter a vetere interprete traducta sunt: quid opus est ita ad verbum ex greco denuo traducere vt omnem tralationis decorem amittant?

Vulgata editio. Et si distribuero in cibos pauperũ omes facultates meas. Paul9 καὶ ἐὰν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου. Faber. Et si in cibos omes facultates meas dispensem.

Stunica. Dictio ψωμίον proprie significat bucellam aut frustum panis. Ioannis. 13. Et post bucellam introiuit in eum Sathanas καὶ μετὰ τὸ ψωμίον τότε εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ σατανᾶς inde ψωμίζειν verbũ quod est panem frustullatim diuidere: vt fieri videlicet solet cum pauperib9 in eleemosynam frangitur. Igitur inquit Apostolus si omnes facultates meas ψωμίσω idest in frusta & minutas partes diuisero ac per hoc pauperib9 sic diuisas erogauero: caritatem autem nõ habuero nihil mihi prodest. Necessario autem hic paupe res intelligendi sunt. Alioqui quod esset meritũ in cibos nõ indigentium omnes facultates suas quempiam dispensare etiam si cum caritate id faceret. Quod aduertens ecclesiasticus interpres elegantissima simul ac verissima periphrasi grecum reddidit verbum.

EX CAP. XV.

Vulgata editio. Nouissime autem inimica destruetur mors. Paulus ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος. Faber. Nouissimus inimicus tollitur mors. & in examinationibus. Dici inquit potest nouissimus inimicus vt intelligatur diabolus & cetera.

Stu. Scire qdẽ lectorẽ oportet nullo alio pacto hec Apl̃i verba traduci posse nisi vt vulgata editio habet nã cũ in greco θάνατος .i. mors sit masculini gñis: oportuit vt ἐχθρὸς eiusdẽ gñis eẽt cũ vero latine mors sit gñis feminini cõseqnẽs erat vt ἐχθρὸς & si i greco est masculinũ p femininũ tñ gen9 traducereť. Nã p ἔσχατος qd nũc legit̃ si ἐσχάτως aduerbialiter legeris nouissime sigñt vt lr̃a nr̃a hẽt καταργεῖται vero de futuro ẽt iterp̃tari põt.

EX CAP. XVI.

Vulgata editio. Nam Macedoniam pertransibo. Paulus μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι. Faber. Macedoniam enim pertranseo. & in examinatiõibus legendũ inquit pertranseo.

Stunica. Existimauit Faber ex eo quod in greco presentis temporis est διέρχομαι de presenti debere interpretari ac tunc cum Apostolus hanc epistolam cõscriberet eundem pertransire Macedoniam. Ceterũ nimiũ deceptus est. Cum enĩ Apostolus hanc scriberet epistolam nõ in Macedonia erat sed in Asia. Cõstat enim ex Epheso que ciuitas Asie est hãc epistolam ab Apostolo Corinthiis missam quod ex eo manifeste patet cũ ait. Permanebo autem Ephesi vsq; ad pentecosten. Et in fine epistole. Salutant vos ecclesie Asie διέρχομαι igitur de futuro intelligendum est id quod peculiare est sacris scripturis in quibus presens tempus pro futuro sepissime accipitur. Que vero Faber in cõmentariis sup hoc loco attulit quo ineruditam interpretationem explicaret non minus ridicula sunt quam inepta. Cũ Paulus inquit esset Philippis que in Macedonia ciuitas est in trãsitu vt dixit macedonie ex Europa trãsmisso egeo petens Ephesum que sub Colophone in Asia

mari vicina ciuitas est: ex ecclesiis Asiaticis comites habuit qui eum deducebant. habebat enim deducentes & Acylam & Priscillam quorum verbis inuitatus salutat Corinthios ex parte ecclesiarum que erant in Asia & nomine Acyle & Priscille. Hec faber in cōmentariis suo fortasse iudicio recte: nostro autem satis inerudite. Decepit hominem vt ego existimo glossula quedam que in codicibus grecis in fine huius epistole circunfertur. Ea sic habet ἐγράφη ἀπὸ φιλίππων διὰ στεφανᾶ καὶ φορτουνάτου καὶ ἀχαΐκου. Idest scripta fuit ex philippis per Stephanam fortunatum & achaicum. Si autem a philippis missa fuit: quomodo in greco argumento quod huic preponitur epistole sic legitur. ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ ἐφέσου τῆς ἀσίας idest hāc mittit ab Epheso asie. In latino quoq; huius epistole argumento sic habetur. Hos reuocat apostolus ad veram fidem & euangelicam sapientiam scribens eis ab Epheso per Timotheum discipulum suum. Ergo non per stephanā fortunatū & Achaicum neq; ex philippis macedonie sed ex Epheso que est in asia hanc epistolam Corinthiis apostolus scripsit. Nam si per stephanam fortunatum & achaicum missa foret: quid opus erat dicere. Gaudeo autem in presentia stephane fortunati & achaici quoniam id quod vobis deerat ipsi suppleuerunt. Si eniꝫ in illorū presentia gaudebat quomō eos a se ablegabat sub specie ferende epistole. Quomodo autem habebat Paulus deducentes Acylam & Priscillam cum dicat se apud illos hospitari. Salutat vos inquit aquila & prisca apud quos & hospitor. Aut si erat tunc philippis que ciuitas est maritima Macedonie Asiam versus: quomodo tunc macedoniam pertransibat. Quanquam quid aliud opus est in medium afferre ad probandum non tunc Paulum pertransisse macedoniam cum hanc epistolam scripsit nisi id quod ex ipsa Luce apostolica historia veteri tralationi suffragatur: imo quod hunc locum pauline epistole apertissime declarat. Actuū capi.19. Factum est autem inquit Lucas cum Apollo esset Corinthi vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret ephesum. Et infra. His autem expletis proposuit Paulus in spiritu transita Macedonia & Achaia ire hierosolymam: dicens quoniam postquam fuero ibi oportet me & Romam videre. Mittens autem in macedoniam duos ex ministrantibus sibi Timotheum & Erastum ipse remansit ad tempus in asia. Hec lucas. cuius hec verba vltima cum eo cōcordant quod apostolus ait Si autem venerit Timotheus videte vt sine timore sit apud vos. vnde intelligi datur quod per Timotheum hanc epistolam Corinthiis misit. Sequitur actuū cap̄.20. Postquam autem cessauit tumultus vocatis Paulus discipulis & exhortatus eos vale dixit & profectus est vt iret in macedoniam. Ecce quomō ex Epheso vnde apostolus hanc ad corinthios scripserat epistolam profectus est in macedoniam: vt se facturū edixerat. Que autem causa fuerit vt in Achaiam & ad Corinthios queādmodum in spiritu proposuerat atq; illis scripserat Apostolus nō peruenerit Lucas nō explicat. Sed ex Macedonia illum ad greciam venisse ait idest ad eam grecie partem que proprie ἑλλὰς idest grecia dicebatur. Vbi cum fuisset menses tres ac facte illi fuissent insidie a iudeis nauigaturo in Syriam: habuit consilium vt reuerteretur per Macedoniam. E philippis itaq; soluens quinta die venit Troadem ex Troade vero terrestri itinere Asson deuenit. Atq; inde inscensa naui post longam nauigationem Tyrum fenicie ciuitatem delatus est. Vbi peractis diebus septem nauim denuo conscendens Ptolemaidam deuenit atq; inde Cesaream & ex Cesarea post dies aliquot terra iter agens tandem peruenit Hierosolymam vt ex his que in eodem capite Actuum. 20. & in capite sequenti continentur manifestum est.

EX EPISTOLA SECVNDA AD CORINTHIOS. CAP. II.

EX EPISTOLA



Vlgata editio. Propter quod obsecro vos vt cõfirmetis in il lum caritatem. Paulus διὸ παρακαλῶ ὑμᾶς κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην. Faber. Propter quod obsecro vos resumite dilectiõem erga ipsũ. Et in examinatiõibꝰ. Dici inquit põt adipiscamini ad eũ caritatẽ. Paulus κυρῶσαι εἰς αὐτὸν ἀγάπην.

Stunica. Deceptꝰ est hoc loco sine dubio Faber greci verbi similitudine κῦρσαι enĩ a κύρω adipisci siue incidere significat. Homerus iliados. γ. ὥστε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας. At vero κυρῶσαι ꝓprie est cõfirmare siue autenticare aut ratũ habere. Ad galatas. 3. Tñ hoĩs cõfirmatũ testamẽtũ nemo spernit aut superordinat. ὅμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδεὶς ἀθετεῖ, ἢ ἐπιδιατάσσεται. Diuꝰ itẽ Ambro. sic legit vt vetꝰ interpres traduxit. & subdit. vñ etiã in hoc vult illos esse obediẽtes vt cõfirment fratrẽ in caritate suscipiẽtes eũ in cõmunione.

Vulgata editio. Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo iesu. Paulus τῷ δὲ θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν τῷ χριστῷ. Faber. Deo autem gratia sit qui nos semper triumphare facit in christo.

Stunica. Diuus Hierony. in epistola ad Heldibiam de. 12. questiõibus questione vndecima ita hunc locũ legit vt vetus traductio habet. Sic enĩ illic ait. Hoc est enĩ qđ dicit deo autẽ grãs qui semp triũphat nos in xp̃o iesu ꝓ eo qđ est triũphat de nobis siue triũphũ suũ agit per nos. qui in alio loco dixerat spectaculũ facti sumꝰ mũdo & angelis & hoĩbus.

EX CAP. IIII.

Vulgata editio. Cõmendantes nos metipsos ad omnem conscientiam hominũ coram deo. Paulus συνιστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Faber. Committentes nos ipsos omni conscientie hominum ante deum.

Stunica. Verbũ συνίστημι vnde participiũ συνιστῶντες cõmendare significat. Inde συστατικαὶ dicuntur apud grecos cõmendatitie epistole quibus scilicet aliquem alicui commendamꝰ. cuiusquidem rei supra proximo capite habentur exempla in initio capituli.

EX CAP. V.

Vul. edi. ꝓ xp̃o gº legatiõe fũgimur. Pau. ὑπὲρ χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν. Fa. ꝓ xp̃o gº oramꝰ.

Stunica. Nisi se Faber in examinationibus exposuisset non ita facile a rudibus presertim fuisset intellectus. Melius ergo transtulisset oratorem agimus πρεσβεύομεν. Quanq̃ satis quidem eleganter greca dictio a vetere interprete traducta est.

EX CAP. VI.

Vulgata editio. Que autem conuentio christi ad Belial. Paulus τίς δὲ συμφώνησις χριστῷ πρὸς βελίαρ. Faber. Quis etiam consensus christi ad Beliar.

Stunica. Faber grecã orthographiã sequutꝰ beliar traduxit p. r. in fine nõ belial ꝑ .l. vt lr̃a nr̃a hẽt. Sciendũ aũt hoc nomẽ corrupte apud grecos scribi ac legi sicut & beelzebul ꝓ beelzebub & abacum ꝓ abacuc & pleraq̃ id genꝰ alia. ex corrupta autẽ litteratura corruptissimam huius nominis interpretationẽ tradiderũt qui illud luminis cecitatem interpretati sunt. Debet igitur belial per .l. in fine scribi. sic enĩ hebraice scribitur בליעל interpretatur autem. Non ascendens: siue absq̃ iugo: aut iniquus: siue preuaricator. & pro diabolo aut diabolico scilicet viro positum nõnunq̃ in veteri testamẽto repitur.

EX CAP. VIII.

Vul. edi. Et cõsiliũ in hoc do. Paulꝰ καὶ γνώμην ἐν τούτῳ δίδωμι. Fa. Et sniaʒ in hoc do.

Stunica. Nemo putet hic aliud esse sententiam nisi cõsiliũ: vtrũq̃ enĩ sonat in greco dictio γνώμη eodem quidem sensu. Nõ autẽ hic precipit apostolus sed cõsilium dat vt alacres fiut ad dandam eleemosynam vnde paulo ante dixerat Nõ quasi imperans dico &c.

Atq; in eum sensum qui ex vetere interpretatione colligitur diuus Hierony.in epistola ad Augu. vbi de expositiõe hui9 epistole ad galatas agit verba hec apostolica accepisse videtur cũ ait. Ergo eo tempore cũ Petrus venisset Antiochiam licet hoc apostolorũ acta non scribant sed affirmanti Paulo credendum sit: in faciem illi Paulus restitisse se scribit quia reprehensibilis erat. In commentariis quoq; super hanc epistolam sic inquit. Quod autem ait reprehensibilis erat: propterea medie temperauit vt intelligamus non tam Paulo eũ fuisse reprehensibilem quam his fratribus cũ quibus ante edens se ab eis postea separabat. Diu9 Ambrosi9 legit quia reprehẽsus erat. & addit reprehensus vtiq; ab euangelica veritate cui hoc factũ aduersabatur. Apparet ergo siue reprehensibilem dicamus siue reprehensum dictionem κατεγνωσμένος in greco hic positam reprehensionem significare non deprehensionem vt traduxit Faber: qui falsam interpretationem suam in examinationibus explicans sic ait. & quod dicitur quia reprehensibilis erat participio vtitur Paulus ac si diceremus quia deprehensus erat & in quo deprehensus: subiũgit scilicet pri9 edere cũ gentilib9 & aduenientib9 quibusdam a Iacobo se subtrahere. Nã quod Faber ait huius duriuscule interpretationis vocabulũ Hieronymo & Augustino prebuisse grauis altercatiõis fomentũ: quam interpretantis modestia aut extinxisset aut nullam fuisse fecisset: ex eo apparet nõ bene altercationis illi9 causam Fabrũ adhuc intellexisse. Nõ enim ex vocabuli hui9 κατεγνωσμένος interpretatione quouis modo orta est illa altercatio: sed neq; oriri poterat inter eos qui grece etiam sciebant vt latine quiq; latina interpretatione non indigebant: neq; ex eo contendebant vtrum reprehensibilis petrus fuisset in eo quod simulabat an non. Sed de eo quidem quod Hieronym9 in commentariis huius epistole hunc locum edisserens simulatam ait illam fuisse Pauli resistentiam quam apostolo Petro se fecisse dicit cum ait in faciem ei restiti & cetera. Augustin9 autem veram inquit fuisse & ex animo non fictam. Qua de re extant nobiles vtrinsq; epistole: quibus suam quisq; opinionem acriter defendit.

Vulgata editio. Ita vt & barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Paulus ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει. Faber. Adeo vt & barnabas eorum simulatione simul abstineret.

Stunica. Greca exemplaria que nos vidimus non συναπεχθῆναι hoc loco habent vt Faber in examinationibus legit sed συναπήχθη potius quod a σὺν prepositione & ἀπάγω verbo cuius passiuum est ἀπάγομαι deductum est significat autem abducere. Diuus quoq; Hieronym9 in epistola ad Augustinum de qua paulo ante diximus. sic hunc locum legit. Ita vt Barnabas adduceretur ab his in illam simulationem vbi ego existimo abduceretur ab auctore scriptum fuisse. Textus Ambrosianus omnem huius loci ambiguitatem tollit in quo sic legitur. Ita vt & Barnabas consentiret simulationi eorum.

EX CAP. III.

Vulgata editio. O insensati galate quis vos fascinauit non obedire veritati. Paulus ὦ ἀνόητοι γαλάται τίς ὑμᾶς ἐβάσκανεν τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι. Faber. O amentes galate quis vobis inuidit non suaderi veritati.

Stunica. νοῦς sensum idest mentem significat ἀνόητος igitur insensatũ idest amentem sonat βασκαίνειν vero fascinare est proprie & a greco sumptum est verbum β littera in.f. mutata. Significat etiam inuidere inde tractum quod qui fascinat aliquem si tamen vlla est fascinatio: inuidia ad id moueri videtur. Diuus quoq; Hieronymus ita hunc locum legit vt vetus traductio continet & subdit Quod autem sequitur quis vos fascinauit: digne Paulo qui & si imperitus est sermone non tamen scientia debemus exponere non quod scierit esse fascinum qui vulgo putatur nocere sed vsus sermone sit

triuli & vt in ceteris ita & in hoc quoq; loco verbum quotidiane sermocinationis assum pserit &c. Diuus item Ambrosius hunc locum edisserens proemio inquit vsus est omis enis qui fascinatur de bono transit in malum sicut & hi de libertate & securitate ad seruitium & sollicitudinem transierunt. Quod vero vltimo loco legitur πείθεσθαι obedire & credere & suaderi significat.

Vulgata editio. Lex ergo aduersus promissa dei? Paulus. ὁ οὖν νόμος κατὰ τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ θεοῦ; Faber. Nunquid igitur lex pro promissis dei est?

Stunica. In greco ita prorsus est vt vetus editio cōtinet κατὰ enī prepositio cū genitiuo constructa aduersus siue cōtra significat nō pro. Matth. 10. Veni enim separare hominem aduersus patrem suū & filiam aduersus matrem suam & nurum aduersus socrum suam ἦλθον γὰρ διχάσαι ἄνθρωπον κατὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ θυγατέρα κατὰ τῆς μητρὸς αὐτῆς, καὶ νύμφην κατὰ τῆς πενθερᾶς αὐτῆς. In eum quoq; sensum qui ex vetere interpretatione colligitur diuus Hierony. hunc locum in cōmentariis edisserit cū de lege sic ait. Que nō icciro arbitranda est promissionem excludere quia postea subsequuta eam que prius fuit videtur abolere: sed ex eo quod nō potuit viuificare nec id tribuere quod repromissio prima pollicita est: manifestum est in custodiam eam repromissionis nō in subuersionem datam. Ambrosius item super illud absit quod statim sequitur sic ait. Absit vtiq; quia nō est lex inimica promissionis quippe cum cōfirmet eam. Nam primus moyses dixit prophetam excitabit vobis deus de fratribus vestris. hoc dictum de christo petrus apostolus probat in actis apostolorum.

Vulgata editio. Omnes enim filii dei estis per fidem que est in christo iesu. Paulus πάντες γὰρ υἱοὶ θεοῦ ἐστὲ διὰ τῆς πίστεως ἐν χριστῷ ἰησοῦ. Faber. Nam omnes filii estis per fidē.

Stunica. Aut mutilum exemplar grecum nactus est Faber: aut cum hec ederet sui prorsus oblitus erat. siquidem in grecis codicibus ita ad verbum legitur vt littera nr̄a habet.

EX CAP. IIII.

Vulgata editio. Sed sub tutoribus & actoribus est. Paulus ἀλλ' ὑπὸ ἐπιτρόπους ἐστὶ καὶ οἰκονόμους. Faber. Sed sub vicariis & economis est.

Stunica. Elegantissime ac seruata latine lingue proprietate hunc locū vetus interpres transtulit. Siquidem tutores latinis dicuntur qui pupillorū curam gerunt hos autem greci generali quadam appellatione ἐπιτρόπους vocant vt quibus illorum cura cōmissa est. Actores etiam dicūtur qui rem familiarē curant quos vulgo factores vocāt. hi grece economi dicuntur quasi domus gubernatores & rei familiaris dispensatores. vnde & Columella villicū actorem sepe vocat. Diuus ambrosius sub curatoribus & actoribus est legit.

Vulgata editio. Quibus denuo seruire vultis. Paulus οἷς πάλιν ἄνωθεν δουλεύειν θέλετε. Faber. Quibus e sursum iterum seruire vultis.

Stunica. In greco ita legitur quibus iterum denuo seruire vultis. quamuis enim ἄνω supra significet & ἄνωθεν de super: aliquando tamen reperit significare a principio. vt in prologo euangelii secundū lucam. Visum est & mihi assequuto a principio omnia ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολουθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν. Interdū etiam denuo transfertur. Ioannis. 3. Amē amen dico tibi nisi quis renatus fuerit denuo nō potest videre regnum dei. vbi in greco pro denuo est ἄνωθεν & infra. Nō mireris quia dixi tibi oportet vos nasci denuo μὴ θαυμάσῃς ὅτι εἶπόν σοι δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν.

EX CAP. VI.

Vulgata editio. De cetero nemo mihi molestus sit. Paulus τοῦ λοιποῦ κόπους μοι μηδεὶς παρεχέτω. Faber. Deinceps nullus mihi labores afferat.

Stunica. Quanq; grece ad verbum ita legitur vt Faber transtulit: nō est tamen latine consuetudinis hoc dicendi genus ad verbum reddere sed eo quidem pacto vt vetus inter

Vulgata editio. Comes pegrinatiōis nr̄e. Paulus συνέκδημος ὑμῶν. Faber. Comes nr̄. Stu. Dictio συνέκδημος nō sigt̄ simpliciter comitē sed pegrinatiōis comitē vt vetus interpres tradnxit & vt vno exprimam⁹ verbo cōperegrinū. Sicut em̄ ἔκδημος significat eū qui presens in populo est: sic ἔκδημος qui a populo est absens hoc est qui peregrinatur.

EX CAP. X.

Vulgata editio. Etiam in illa que vltra vos sunt euangelizare. Paulus εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσασθαι. Faber. Ea que supra illa vestra sunt euangelizando.

Stunica. Greci codices nō habent hoc loco ὑπὲρ ἐκεῖνα idest supra illa vt Faber transtulit & in examinationibus legit: sed ὑπερέκεινα quod significat vltra siue trans sicut ἐπέκεινα. Textus vero Ambrosianus hunc locū optime declarat cū ait. In regionibus que vltra vos sunt euāgelizare. qđ ipse sic exponit. Letior de fide eorū vltra eos predicaturū se necessario ꝓfitetur ad augendam gloriā predicationis vbi adhuc nō fuerat predicatū.

EX CAP. XI.

Vul. edi. Alias ecclias expoliaui. Paul⁹ ἄλλας ἐκκλησίας ἐσύλησα. Fa. Alias ecclias exhausi.

Stunica. Verbum συλάω proprie significat expoliare siue predari inde ἱερόσυλος sacrilegus dicitur quasi sacrorum predator & expoliator & ἱεροσυλία sacrilegium. Non est hic autem intelligendum apostolum ecclesias tanquā predonem expoliasse aut sacrilegum: sed vt diuus Ambrosius exponit qui sic ait. Cum enim dicit expoliaui: multa accepta & data significat non extorta. vnde subiecit accepto stipendio.

EX CAP. XII.

Vulgata editio. Datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphizet. Paulus ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί ἄγγελος σατᾶν ἵνα με κολαφίζῃ. Faber. Datum est mihi flagellum carni angelus sathan vt me cedat.

Stunica. σκόλοψ non significat flagellum vt improprie Faber hic transtulit quanquā is in examinationibus se corrigit dum palum aut sudem legit ita tamen vt flagellū neq; illinc excludat quasi idem sint palus & flagellū aut quasi defutura apostolo fuisset greca vox flagellum sonās: si de flagello hic intellectum voluisset & non de stimulo ac preacute sude siue palo id em̄ σκόλοψ ꝓprie significat κολαφίζω vero nō simpliciter cedere sonat sed colaphis cedere vt supra prima ad Corinthi. 4. demonstratū est. Vetus interpres ex greco verbo latinū fecit: qđ colaphum latinis iā receptū nō ignoraret. Satanas aūt nō ꝑ th. aspiratū a latinis sed neq; a grecis scribi debet sed p.t. exile. quod nomen ex hebreo aduersariū siue cōtrariū sonat: ac sic scribit̄ שָׂטָן Zacha. 3. Et satan stabat a dextris ei⁹ vt aduersaretur ei. hebraice sic וְהַשָּׂטָן עֹמֵד עַל יְמִינוֹ לְשִׂטְנוֹ vbi & satane nomen & ex verbo ab eo facto eius nominis interpretationem facile est videre.

EX EPISTOLA AD GALATAS. CAP. I.



Vlgata editio. Modo em̄ hoībus suadeo an deo. Paulus ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω, ἢ τὸν θεόν. Faber. Nunc enim deo ne an hominibus cōfido.

Stunica. Verbū πείθω cū datiuo cōstructū cōfidere significat. quanquā raro quidē hoc significatu in sacris reperies scripturis nisi cū ablatiuo & prepositiōe in. Quoties vero suadere aut persuadere sonat (idē em̄ apud grecos vtrūq; est) cū accusatiuo vt hoc loco cōstructū reperim⁹. Matth. 28. Et si hoc auditū fuerit a preside nos suadebimus ei. καὶ ἐὰν ἀκουσθῇ τοῦτο ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, ἡμεῖς πείσομεν αὐτόν. Actuū. 13. Qui loquentes suadebant eis vt permanerēt in gratia dei οἵτινες προσλαλοῦντες ἔπειθον αὐτοὺς ἐπιμένειν τῇ χάριτι τοῦ θεοῦ. Diuus item Hiero. suadeo hic legit non confido atq; in hunc sensum hec apostoli verba explanat cum ait. Non putemus ab apostolo nos edoceri vt exemplo suo hominum iudicia contemnas

mus qui in alio loco dixerit. Scientes ergo timorem domini hominibus suademus deo autem manifesti sumus &c. Diuus vero Ambrosius ita hoc legit. Modo enim hominib⁹ satisfacio aut deo. & subdit. hoc est nūquid hominibus satisfacio suadendo vobis reuerti ad gratiam christi: aut deo. Nō hominibus vtiq; sed deo. vt per satisfactionem reuertantur ad deum quem spreuerant.

Vulgata editio. Quoniam supra modum persequebar ecclesiam dei & expugnabam illam. Paulus ὅτι καθ᾽ ὑπερβολὴν ἐδίωκον τὴν ἐκκλησίαν τοῦ θεοῦ καὶ ἐπόρθουν αὐτήν. Faber. Quia ego excessiue admodum persequebar ecclesiam dei & oppugnabam eam.

Stunica. Verbū πορθέω vnde ἐπόρθουν expugnare populari & destruere significat. Inde apud Homerum Vlysses πτολίπορθος appellat᷑ idest vrbis expugnator quod vide licet solus suo consilio Troianam vrbem expugnasse visus fuerit. Translator vero non quid grammaticorum obseruationi conueniret: sed quid vere verbi greci interpretationi attendere maluit. Hieronym⁹ in cōmentariis super hoc loco & deuastabā illā legit.

Vulgata editio. Deinde post annos tres veni Hierosolymam videre Petrum. Paulus. ἔπειτα μετὰ ἔτη τρία ἀνῆλθον εἰς ἱεροσόλυμα ἱστορῆσαι πέτρον. Faber. Deinde post annos tres redii Hierosolymam vt alloquerer petrum.

Stunica. ἱστορέω vnde ἱστορῆσαι videre & narrare significat. Atq; inde dictā historiam putant quod non ab aliis solebat scribi nisi ab his qui rebus gerendis interfuerant atq; eas occulata fide conspexerant. Certū est autem Paulū nō tantū hierosolymam venisse vt petrum videret: sed vt etiam alloqueretur sed tamen grecū verbum nō alloqui significat sed videre atq; ita intellexisse videtur diu⁹ Hierony. qui hunc locū explanans sic ait Nam & quod visus sit ire hierosolymam: ad hoc isse vt videret apostolū nō discendi studio qui & ipse eundem predicationis haberet auctorem sed honoris priori apostolo deferendi. Diu⁹ quoq; Ambrosius videre hic legit. & subdit. Dignū fuit vt cuperet videre petrum quia primus erat inter apostolos cui delegauerat saluator curam ecclesiarū nō vtiq; vt aliquid ab eo disceret qui iā ab auctore didicerat a quo & ipse petr⁹ fuerat instructus: sed ꝑpter affectū apostolat⁹ & vt sciret petr⁹ hāc illi datā licētiā quā & ipse accepat.

EX CAP. II.

Vulgata editio. Sed cōtra cū vidissent quia creditū est mihi euangeliū preputii sicut & petro circūcisionis. Paulus ἀλλὰ τοὐναντίον ἰδόντες ὅτι πεπίστευμαι τὸ εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας καθὼς πέτρος τῆς περιτομῆς. Faber. Sed cōtra videntes quod creditus sum euangelio preputii vt petrus circuncisionis.

Stunica. Qd' supra in epistola prima ad Corinthi. cap̄. 9. dixim⁹ hoc quoq; loco repetendū est Fabrū videlicet ignorasse grecanicā dicendi ꝓprietatē qb⁹ mos est dicere τοῦτο πεπίστευμαι idest hoc credit⁹ sum ꝑ τοῦτό μοι πεπίστευται idest hoc mihi creditū est. Vet⁹ vero interpres elegantissime ac secūdū verū apl̄i sensum & latine lingue ꝓprietatē hoc loco & vbicunq; idem dicendi genus occurrit apostolica verba transtulit. Faber vero & hec & alia huiuscemodi inuertere ad libitum non veretur.

Vulgata editio. Cum autem venisset Cephas Antiochiam in faciem ei restiti quia reprehensibilis erat. Paulus ὅτε δὲ ἦλθεν πέτρος εἰς ἀντιόχειαν κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. Faber. Cum autem venit Petrus Antiochiam in persona ei restiti quia deprehensus erat.

Stunica. Nimis impropria est hec Fabri traductio & a ueritate apostolica prorsus aliena. Nam quod de facie & persona in examina. disputat ridiculus est. Siquidē πρόσωπον nō significat ꝑsonā eo sensu quo vulgus accipit. Qd' vero ꝑ reprehensibilis traduxit dep̄hensus dū nescio quē sensū sequit᷑: nō videt᷑ assequut⁹ ꝓpriā verbi greci interpretationē. καταγινώσκω enī vnde κατεγνωσμένος cōdēnare siue rep̄hēdere significat nō dep̄hēdere.

Stunica. Nescio quid mysterii afferat Fabro hec verborum inuersio grece enim sic legitur vt littera nostra habet non vt Faber inuertit ad Hypallagen vt ipse ait vitandam. quasi & in greco non eadem sit hypallage si qua est.

Vulgata editio. Sicut decet sanctos. Paul⁹ ὡς πρέπει ἁγίοις. Fa. Quemadmodū decet sctis.

Stunica. Quamuis in greco berbum πρέπει cum datiuo sit constructum: seruare tamen debuit interpres latine lingue proprietatem ac verbum decet accusatiuo adaptare quod eum casum apud latinos exposcat sicut πρέπει apud grecos dandi casum. Sic qd̄ grece dicitur σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ θεὸς ἐν σιών. Psalmo. 64. Latine sic interpretatum legimus. Te decet hymnus deus in sion.

Vulgata editio. Propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie. Paulus διὰ ταῦτα γὰρ ἔρχεται ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῆς ἀπειθείας. Faber. Nam propter hec venit ira dei in filios dissuadentie.

Stunica. Verbū πείθω obedire. suadere. cōfidere. & credere significat. igit̄ ἀπειθεία inobedientiam. dissuasionem. diffidentiam & incredulitatem sonat. Dissuadentia vero nouum & inauditum est verbum. Illud vero lector admonendus est venit hoc loco presentis esse temporis non preteriti ἔρχεται.

Vulgata editio. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Paulus ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσιν. Faber. Emite tempus quoniam dies mali sunt.

Stunica. Vt ex emo addita re fit redimo: sic ex ἀγοράζω addita ἐξ fit ἐξαγοράζω idem significatus apud grecos retinens quod apud latinos redimo. Quanquam ista & in greco & in latino sepissime confunduntur.

Vulgata editio. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria. Paulus καὶ μὴ μεθύσκεσθε οἴνῳ ἐν ᾧ ἐστιν ἀσωτία. Faber. Et nolite inebriari vino in quo est insalubritas.

Stunica. Dictio ἀσωτία non significat insalubritatem vt Faber suspicatus est nō em̄ ab. α priuatiuo & σῶς deductū est nomen. Siquidem σῶς non ingenitiuo facit σῶτος vt inde dicamus cōpositā esse dictionē sed a σάος factus videt̄ esse σῶς qd̄ in genitiuo facit σῶ Igit̄ ἀσωτία luxū ac pdigalitatē ppṙie sonat qui vero eo vitio affect⁹ est ἄσωτος dicit̄. Aristoteles in Ethicis ἄσωτον appellat qui liberalē excedit idest pdigū & excessū illū ἀσωτίαν idest prodigalitatem. Vt autem luxuria gñali quadā appellatione & luxū latine sonat & superfluitatem ac nimiam profusionem & pro vitio carnis qui ex luxu ꝓuenire solet frequenter accipitur: sic & in greco ἀσωτία preter luxum ac prodigalitatē libidinē quoq̧ significare potest atq̧ eo sensu vt ego existimo apostolus hic accepit quippe qui non ignoraret vinum incitamentum esse libidinis. Alioquin quis luxus aut que prodigalitas est in vino. Diuus item Hierony. sub luxurie appellatione libidinem contineri cuꝫ hec differeret significare visus est sic em̄ ait. Qui em̄ spiritu implet̄ habet prudētiam & mansuetudinem verecundiam castitatem. Qui vino habet insipientiam furoreꝫ procacitatem libidinem. Hoc quippe estimo vno verbo significare luxuriam.

Vulgata editio. Et se ipsum tradidit pro ea. Paulus καὶ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς. Faber. Et seipsum obtulit pro ea.

Stunica. Quanquam vtriusq̧ interpretationis idem est sensus: tamen admonenduꝫ esse lectorem censui in greco ita esse vt littera nostra habet παρέδωκεν enim tradidit significat non obtulit. prima Corinthi. 11. Ego enim accepi a domino quod & tradidi vobis ἐγὼ γὰρ παρέλαβον ἀπὸ τοῦ κυρίου ὃ καὶ παρέδωκα ὑμῖν.

EX CAP. VI.

Vulgata editio. Aduersus mūdi rectores tenebrarū harū. Paul⁹ πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου. Faber. Aduersus cosmocratoras tenebrarū seculi hui⁹.

Stunica. Quod apud Iulium firmicum & alios astrologos auctores Chronocratoras

Faber legerat ad eiusdem vocabuli similitudinem grecam dictionem cosmocratoras absque interpretatione relinquere hic voluit. Sciendum vero compositam esse dictionem κόσμος enim mundum sonat & κράτωρ rectorem & gubernatorem ac dominũ. Vnde & Romanorum imperatores αὐτοκράτορας greci vocare sunt soliti hoc est per se dominantes idest absolute dominos. Adnotauit in cõmentariis super hoc loco diuus Hierony. neque in veteri neque in nouo testamento κοσμοκράτορας excepto presenti loco se vnquã legisse: vocabulumque hoc a Paulo in presentia ideo fuisse confictum: quia necesse habebat ad Ephesios disputans rebus nouis & inuisibilibus noua nomina coaptare.

EX EPISTOLA AD PHILIPPENSES. CAP. I.



Vulgata editio. Cum episcopis & diaconibus. Paulus σὺν ἐπισκόποις καὶ διακόνοις. Faber. Cum episcopis & diaconis. Et in examinationibus & dicendum inquit & diaconis idest ministris nõ diaconibus. Nam diaconos recto singulari grece dicitur: & diaco aut diacon vnde oporteret diacones inflecti neque grece neque latine arbitror vnquam legi.

Stunica. Diacones per tertiam declinatiõem nõ secus ac diaconos per secundam prisci ecclesiastici protulerunt. Inde est quod apud Cyprianum Hilarium & Ambrosium diacones sepissime legimus. Cyprianus libro epistolarum secundo ad Cornelium episcopum Roma. scribens. Qui isthic inquit aduersus ecclesiam diaconem fecerat: illic episcopum fecit. Hilarius cõtra Constãtium hereticum. Quos tu de inde in ecclesiam Tolosanam exercuisti furores. Clerici fustibus cessi: diacones plumbo elisi. Ambrosius in epistola ad Marcellinam sororem que.33. suarum epistolarum est. Quid multa missis presbyteris & diaconibus eripui iniurie virum. Denique & in decretis pontificiis diacones per tertiam inflexionem passim est reperire.

Vulgata editio. Ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni pretorio. Paulus ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς ἐν χριστῷ γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ. Faber. Ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in toto pretorio. Et in examinationibus potius inquit in toto pretorio.

Stunica. Videtur per hanc Fabri traductionem quod in vno tantum pretorio vincula apostoli manifesta facta fuerint. Ceterum alius est huius littere sensus in omnibus inquit pretoriis quibus exhibitus sum: vincula mea in Christo manifesta facta sunt. Non enim in vno tantum pretorio Paulus examinatus est: sed primo quidem cum puellam illam habentem spiritum phitonem que questũ magnũ dominis suis prestabat diuinando sanauit vt legitur actuum capi.16. videntes domini eius quia exiuit spes questus eorum apprehendentes Paulũ & Sylam perduxerũt in forũ ad principes & offerẽtes eos magistratibus dixerũt hi hoies &c. Et infra & cũ multas plagas eis imposuissent miserũt eos in carcerem. Actuum quoque.18. in corintho turbas fuisse cõtra Paulum cõcitatas legimus & ad tribunal procõsulis pertractum. sic enim Lucas ait Gallione autem procõsule achaie insurrexerũt vno animo iudei in Paulũ & adduxerũt eũ ad tribunal dicẽtes quia cõtra legem &c. Et cap̃.21. a tribuno Lysia iudeis fuisse ereptum & in castra perductũ duabus catenis alligatum legimus & cap̃.23. in cõcilio sacerdotum presente tribuno fuisse auditũ & in fine eiusdem cap̃. Cesareã ab eodem tribuno Felici presidi missum & a Felice in pretorio Herodis custodiri iussum. & ab eodẽ causam eius postea fuisse discussam. Cap̃. etiam.25. coram Festo pro tribunali sedente Paulum adductũ legimus circunstantibus accu

pres traduxit. Ad eundem enim modum similia verba traducta legimus Matth. 26. vbi dicitur quid molesti estis huic mulieri pro quo grece habetur τί κόπους παρέχετε τῇ γυναικί. Elegantiores negocium facessere aut exhibere dicere solent.

EX EPISTOLA AD EPHESIOS CAP. I.



Vlgata editio. In qua gratificauit nos. Paulus ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς. Faber. In qua impleuit nos gratia.

Stunica. Nõ hic gratificauit pro eo accipitur quod alias grece dicitur χαρίζεσθαι alioqui non cum accusatiuo sed cũ datiuo fuisset constructũ. gratificauit igitur nos hoc loco idem est quod gratiosos fecit idest gratos aut gratia redundantes. Est autẽ facta allusio τῆς χάριτος & ἐχαρίτωσεν quam vt potuit latinus interpres reddidit.

Vulgata editio. Qui est pignus hereditatis nostre. Paulus ὅς ἐστιν ἀρραβὼν τῆς κληρονομίας ἡμῶν. Faber. Qui est arrabo hereditatis nostre.

Stunica. Dictio ἀρραβὼν vt in Antapologia diximus neq̃ greca neq̃ latina vox est sed hebraica potius עֵרָבוֹן inde ad grecos emanauit a grecis autem ad latinos. hebraice autem pignus proprie sonat vt ex genesis cap̃. 38. videre est vbi nõ semel tantũ sed iterum ac tertio hec dictio in hebreo reperitur. Apud latinos vero dupplici significatu accipitur nam & pro arra que in emptionibus dari solet & pro pignore etiam accepta inuenit̃. Quod vero Faber in examinationibus ait qui idest ὅς referre idem quod & prius particula in quo siue in quem scilicet christum nõ spiritũ sanctũ idq̃ ex greco dilucide cognosci cũ spiritus sancti vocabula apud grecos neutra sint & vocabulũ relatiui qui masculinum: ex artis grammatice ignorantia deceptus est. Siquidem quoties relatiuũ quis vel q quod relatiuũ appellatur substantie inter duo ponit̃ substantiua vtriq̃ adaptari potest. ergo potuit recte in greco dici ὅ ἐστιν ἀρραβὼν ad πνεῦμα illud referẽdo & ὅς ἐστιν ἀρραβὼν ad sequens substantiuũ illud adaptando dum tamen prioris substantie relationem facere intelligat̃. Quid quod & oẽs ecclesiastici doctores ad spiritũ sanctũ illud referunt quez pign⁹ siue arrã esse aiunt future hereditatis hoc est celestis regni nobis adeo repromissi.

EX CAP. II.

Vulgata editio. Sed estis ciues sanctorum. Paulus ἀλλὰ συμπολῖται τῶν ἁγίων. Faber. Sed conciues sanctorum.

Stunica. Quamuis in greco dictio sit que conciues ad verbum sonet latini tamen nũquam conciues dicere sunt soliti: sed potius ciues. nõ enĩ latinis mos est dicere hic est cõciuis meus. sed hic meus est ciuis. tuus ciuis. suus ciuis. Cicero in prima contra catilinam inuectiua. Serui me hercule mei si me isto pacto metuerent vt te metuũt oẽs ciues tui: domũ meam relinquendã putarem. Et quod sequitur. & si me meis ciuibus iniuria suspectum taz grauiter atq̃ infensum viderem: carere me aspectu ciuium quam infestis oculis omniũ conspici mallem. Idem in tertia cõtra eundem inuectiua. eosq̃ in galliam ad suos ciues eodem itinere cũ litteris mandatisq̃ ad catilinam essemissos. Quin & συμπολίτης Iulio polluce autore grecis nequaq̃ probatur.

EX CAP. IIII.

Vulgata editio. Qui super oẽs est & per oĩa & in omnib⁹ nobis. Paulus ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν ἡμῖν. Faber. Qui super omnes est & per oẽs & in oib⁹ nobis.

Stunica. Ex littera ipsa greca que ambigua est dupliciter hic locus interpretari potest aut per masculinũ sic Qui super omnes est & per omnes. aut per neutrum sic Qui super omnia est & per omnia. Nam sequentia sine dubio masculini sunt generis.

Vulgata editio. Donec occurramus omnes. Paulus μέχρι καταντήσωμεν οἱ πάντες. Faber. Donec concurramus omnes.

Stunica. ἀντάω & cū κατὰ prepositione καταντάω proprie significat occurrere siue obuiare idest obuiam ire nō concurrere quod grece dicit̄ συντρέχειν. Ad philippenses. 3. Si quomodo occurram ad resurrectionem mortuorū εἴπως καταντήσω εἰς τὴν ἐξανάστασιν τῶν νεκρῶν. Inuenitur autem καταντάω. ἀπαντάω. συναντάω. ὑπαντάω. in eodem significatu per omnem sacram scripturam. Diuus preterea Hierony. & Ambrosius hoc loco occuramus legunt: non concurramus vt Faber traduxit.

Vulgata editio. In nequitia hominum. Paulus ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων. Faber. In turbatione hominum.

Stunica. Greca exemplaria κυβεία hoc loco habent non κυκεία vt Faber in examinationibus legit deceptus fortasse litterarum similitudine cum . β. alia figura apud grecos scribatur que . κ. littere similis videtur. Cum itaq; κῦβος apud grecos taxillum sonet siue manus tesseram: κυβεύω verbum ab eo nomine factum est quod est taxillis ludere. & κυβεία ludum illū taxillorū sonat. Quoniam vero huiuscemodi ludis vtentes nequam existimantur homines & fallaces ac plane impostores: ideo metaphorice κυβεία pro nequitia siue fallacia aut impostura accipitur. Vnde & diuꝰ Hierony. in fallacia hominum hic legit. Aristoteles item ethicorū quarto τὸν κυβευτὴν idest aleatorem furi atq; latroni annumerat cum ait ὁ μέντοι κυβευτὴς καὶ ὁ λωποδύτης καὶ ὁ λῃστὴς τῶν ἀνελευθέρων εἰσίν. quod Argyropylus sic traduxit. Aleatores tamen & fures atq; latrones illiberales sunt.

Vulgata editio. In operationem immūditie omnia in auaritiam. Paulus εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης ἐν πλεονεξίᾳ. Faber. In operatione omnis immunditie in abūdantia.

Stunica. Dictio πλεονεξία auaritia interpretatur. Videtur autem inde dictio esse dicta quod auarus plus habere siue possidere semper desideret. Luce. 12. Videte & cauete ab omni auaritia ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ τῆς πλεονεξίας. Secunda ad corinthi. 9. Sic quasi benedictionem nō quasi auaritiam οὕτως ὡς εὐλογίαν καὶ μὴ ὥσπερ πλεονεξίαν. Diuꝰ item Hierony. in cōmentariis super hoc loco πλεονεξία autem inquit auaritia nuncupatur.

Vulgata editio. Si tñ illū audiuistis. Paulꝰ εἴγε αὐτὸν ἠκούσατε. Faber. Eū vtiq; audistis.

Stunica. Hoc quoq; loco γε adiectiunculam dubitandi vim habere sicut in superioribus περ ex diui Hierony. expositione apparet qui in cōmentariis super hoc loco sic ait. Si omnes qui christū audire videntur audirent: nunquam ad ephesios & certe illos quibus sacramenta christi reuelarat apostolus diceret si tamen illū audistis.

Vulgata editio. Omnis sermo malus ex ore vestro nō procedat sed siquis bonus ad edificationem fidei. Paulus πᾶς λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω, ἀλλ᾽ εἴτις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας. Faber. Omnis sermo marcidus ex ore vestro non prodeat sed si quis bonus est ad edificationis vtilitatem.

Stunica. Greca dictio que hic ponitur idest σαπρὸς quanq; marcidū significat ac putridum: quia tamen sermo nec marcidus esse potest neq; putridus: nō incōgrue a vetere interprete traducta est. Quod vero sequitur ad edificationem fidei in greco est πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας idest ad edificationē indigentie siue vsus vel necessitatis siue vt diuꝰ Hieronymꝰ hec edisserēs traduxit opportunitatis. Vetꝰ tamē interpres dedita opera id mutauit vt vulgo legitur euphonie causa vt refert diuꝰ Hierony. super hoc loco. Cuiꝰ verba iccirco ascribenda censui quod Faber videtur illa cū hec ederet nō legisse. Pro eo inquit quod nos posuimꝰ ad edificationem opportunitatis hoc est quod dicit̄ grece τῆς χρείας in latinis codicibꝰ ꝓpter euphoniam mutauit interpres & posuit ad edificationem fidei.

EX CAP. V.

Vulgata editio. In odorē suauitatis. Paulꝰ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας. Faber. In suauitatē odoris.

satoribus ac cum iu gratiam iudeorũ Festus illũ hierosolymam remittere vellet Paulũ tribunali Cesaris se sistendum appellasse: ac post appellationem presente Agrippa rege & Berouice eius vxore & tribunis ac viris principalib⁹ Cesaree ciuitatis iubente festo in auditorium Paulum fuisse adductum ibiq̃ denuo auditum. Ex quibus omnibus manifeste apparet nou iu vuico tantum pretorio quod Faber existimasse videtur sed in multis vincula Pauli que pro christi confessione gerebat manifesta fuisse facta.

EX CAP. II.

Vulgata editio. Non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Paulus οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα θεῷ. Faber. Non rapinam arbitratus est esse equalem deo. & in examinationibus. Se inquit abundat.

Stunica. In greco ita ad verbum legitur Non rapinam arbitratus est esse equaliter deo ἴσα enim hoc loco aduerbii vicem obtinet. Elegantissime igitur hic locus a vetere interprete traductus est ac necessario subintelligitur se alioqui non apparebat quem arbitraretur esse equalem deo se an alium.

Vulgata editio. Festinãtius ergo misi illum. Paulus σπουδαιοτέρως οὖν ἔπεμψα αὐτόν. Faber. Diligentius igitur eum misi.

Stunica. σπουδὴ studium diligentiam & festiuationem sonat & σπουδάζω verbum studere. diligenter aliquid facere & festinare σπουδαῖος quoq̃ studiosum. & festinum siue festinantem. hic vero σπουδαιοτέρως potius videtur significare festinãtius quam diligentius. Nam cũ supra apl's dixisset se velle ad philippenses Epaphroditum mittere qꝛ illos Epaphroditus videre desiderabat & qꝛ mestus erat ꝑpterea qꝛ illi audierãt eũ infirmatũ: paucis interiectis subiũxit. Festinanti⁹ ergo misi illũ vt viso eo iterũ gaudeatis &c.

EX CAP. III.

Vulgata editio. Et arbitror vt stercora. Paulus καὶ ἡγοῦμαι σκύβαλα εἶναι. Faber. Et existimo sterquilinia esse.

Stunica. Nullam videtur Faber fecisse differentiam inter stercus & sterquiliniũ quasi idem sint. Sciendũ vero aliud esse stercus aliud sterquilinium quandoquidem ad hec nos trahit Faber. Siquidem stercus est qui fimus alio appellatur nomine. Sterquilinium vero locus stercoribus plen⁹: seu stercoris receptaculũ. Cato in libro de rerustica cap̃. 5. Sterquilinium magnũ stude vt habeas. stercus sedulo conserua. Varro item rerum rusticarum libro primo cap̃. 13. Ex ea quod euehatur secundum villam duo habere oportet sterquilinia aut vnum bifariam diuisum. Alterã enim in partem ferri oportet e villa nouum fimum: altera veterem tolli in agrũ. σκύβαλα vero stercora sonat non sterquilinia atq̃ hoc nomine greci medici alui sordes & purgamenta appellare nõnunquam solent.

EX CAP. IIII.

Vulgata editio. Etiam rogo & te germane compar. Paulus καὶ ἐρωτῶ καί σε σύζυγε γνήσιε. Faber. Etiam rogo & te ingenua coniunx.

Stunica. Multi hunc locum ita intellexerunt vt Paulum ad vxorem propriam hec verba cõscripsisse voluerint quod σύζυγος cõiugium sonet quodq̃ mulierũ mentionẽ faciat quas existimant vxorem Pauli in fide instruere solitam: ac eandem nunc Paulum ad id operis cohortari. Ex quibus in primis fuit Alexandrinus ille Clemens qui vt Eusebius libro. 3. ecclesiasti. historie refert scribens aduersus eos qui nuptias spernunt inter cetera hec etiam dixit. Sed & Paulum nõ tedet apostolum in quadam epistola sua mentionem vel salutationem facere comparis sue quam se ideo negat circunducere vt ad predicationem euangelii expeditior fiat. Origenes vero in epistolam ad Romanos in principio aliter hũc locum citat. Paulus inquit sicut quidam tradunt cum vxore vocatus est de qua dicit ad Philippeñ. scribens. Rogo etiam te germane compar adiuua eas que cum

ipsa sunt. Ex qua littera apparet illud germane compar ad virum quemplam sanctum apostoli cooperatorem & euangelice predicationis adiutorem scriptum esse. & cum dicitur adiuua eas que cum ipsa sunt: ipsam eo loco vxorem Pauli Origenem intellexisse. Ceterum diuus Hierony. libro primo contra Iouinia. neminem ex apostolis preter vnū Petrum vxorem habuisse vult quandoquidem ex sacris scripturis id probari nō potest. Verba quoq̧ ipsa greca idest σύζυγε γνήσιε cū masculina sint nullo pacto ad femininum sensum trahi posse videntur. Neq̧ ea est hic substātiui & adiectiui coaptatio q̄ more attico ex feminino & masculino fieri solet quippe qui dicere soleant γυνὴ σοφός. sed vtrunq̧ nomē masculinū esse videt̄ nisi forte quis dixerit σύζυγε cōis esse gn̄is sicut in latino cōiugē. Sed melius videt̄ vt existimemus virū aliquē sanctū hic Paulū alloqui quē σύζυγον forte appellat ꝙ vna cū apostolo iugo dn̄i colla summiserat quodq̧ sub eodem iugo cū eo in opere dn̄ico laborabat estq̧ id familiare apostolo dicendi gen⁹ vt supra in secunda epistola ad Corinth. cap̄.6. Nolite iugū ducere cū infidelibus. μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγοῦντες ἀπίστοις. Iugū autē cū aliquo ducere videt̄ qui & mores & instituta illius sequit̄. Hunc igitur virū quem apostolus nō nominat sicut nec alibi eū cuius laudem inquit esse in euangelio: nunc rogat vt predictas mulieres hoc est Eucodiam & Syntychen adiuuet suis videlicet sermonibus illas confortando & in bona opera semper cohortando vnde & diu⁹ Ambrosius hunc locū edisserens sic ait. Euchodiam & Syntychen ad prudentiam amplexandam hortatur adiuuantib⁹ quos memorat vt sicut in operib⁹ euangelii ꝓfecerāt ꝓficerēt & in scientia & sapientia dei quos oēs merito fidei in libro vite haberi ꝓnūciat. Ex quo apparet nō hunc locū de vxore Pauli Ambrosiū intellexisse. Neq̧ arbitrandū est apud philippenses apostolum deposuisse vxorem illicq̧ eam tantisper egisse dum ipse euangeliū predicans varias circuiret prouintias: & cum nusquam in epistolis suis vxoris mentionem fecerit in hac illius meminisse. Illud item vltimo loco lectorem admonemus vt sciat germane nō hic ꝓprium esse viri nomen vt quidam putauerūt: neq̧ pro germano fratre accipi qui grece ἀδελφὸς dicitur: sed esse hic in greco γνήσιε que dictio vix latine explicari potest queq̧ ob sui obscuritatem & difficultatē nūquam vno modo in sacris scripturis interpretata reperitur. sonat autem legitimū & ingenuū & indigenam & germanū quatenus germanū pro eo accipimus quod est proprium ac legitimum. Vnde & diu⁹ Hieronym⁹ in commentariis super epistolam ad Titum in principio epistole sic ait. Scribit autem apostolus Tito carissimo filio quod grece dicitur τίτῳ γνησίῳ τέκνῳ & latino sermone nō potest explicari γνήσιος enī hoc potius sonat cū quis fidelis & proprius & vt ita dicam legitimus siue germanus absq̧ cōparatione alterius appellatur. Textus item Ambrosian⁹ in principio prime epistole ad Timotheum pro eo qđ in vulgata editiōe legit̄ Timotheo dilecto filio in fide Timotheo germano filio in fide habet. germanū autem illic pro vero Ambrosius exponit cum ait Quem verum filium appellat sed in fide. Et in principio epistole ad Titum Tito etiam germano filio illic legitur quod etiam pro vero Ambrosius ibidem exponit.

EX EPISTOLA AD COLOSSENSES. CAP. I.



Vlgata editio. Primogenitus omnia creature. Paulus πρωτότοκος πάσης κτίσεως Faber. Primogenitus omni creatura.

Stunica. Verba apostolica que spiritu sancto dictante prolata sunt: nō aliter interpretanda sunt idest e greco in latinum transferenda nisi per eosdem numeros per eosdem casus & per easdem personas seruata quantum fieri potest vtriusq̧ lingue arte ac loquendi proprietate.

Sciendum igitur in greco ita esse vt vetus interpres transtulit idest primogenitus omnis creature. Ac sic quidem legit diuus Ambrosius hoc est primogenitus vniuerse creature quod sic idem exponit. Ante omnem creaturam genitum filium nõ creatum testatur vt secerneret natiuitatem eius a creature factura. & vt hoc penitus clarescat subiecit quia in ipso cõdita sunt oĩa &c. Nõ erat igiť textꝰ aliter transferẽdus quã in greco idest in ipsa origine habebať: sed eiꝰ intelligentia in cõmentariis diligenter erat explicanda cũ aliud sit interpretis idest traductoris aliud vero expositoris & commentatoris officio fungi.

Vulgata editio. Et ipse est caput corporis ecclesie . Paulus καὶ αὐτός ἐστι κεφαλὴ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας. Faber. Et ipse est caput ecclesie.

Stunica. Corporis hoc loco Faber pretermisit cum in greco τοῦ σώματος legatur nisi forte mancum nactus est exemplar quod esse plane potuit.

EX CAP. II.

Vulgata editio. Vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonis. Paulus ἵνα μήτις ὑμᾶς παραλογίζηται ἐν πιθανολογίᾳ. Faber. Vt nullus vos paralogizet in persuasiõe eloquẽtie.

Stunica. Pro eo quod Faber veterem sequutus interpretem transferre debuit decipiat: grecam ipsam vocem latinis potius litteris reddidit idest paralogizet qđ notiorem eam sophistis existimauit πιθανολογία vero sublimem ac persuasiuum sermonem significat.

Vulgata editio. Nemo vos seducat. Paulus μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω. Faber. Nullus vos ad brauium vocet.

Stunica. Vel κατὰ prepositio que verbo βραβευέτω per compositionem adiuncta est admonere Fabrum debuisset cõtrarietatem id verbum designare nõ vocationem ad brauium. Est autem hoc loco metaphora a brauiis sumpta idest a premiis que aliquando per fraudem auferri his solebant qui ceteros in agone aut certamine superauerant. Eleganter igitur a vetere interprete hoc verbum redditum est. Videte inquit apostolus ne quis vobis brauium eripiat quod idem est ac si diceret ne quis vos decipiat aut seducat. Diuꝰ Hieronymꝰ in questiõibꝰ ad Algasiam questiõe decima apostolica hec verba edisserens sic inquit. Nemo vos superet. nemo aduersum vos brauiũ accipiat. Hoc eñi grece dr̃ καταβραβευέτω quãdo quis in certamine positꝰ iniquitate agonithete vel insidiis magistrorũ βραβεῖον & palmã sibi debitã perdit. Admonetq; idẽ Hiero. hoc dicẽdi genꝰ peculiare esse Ciliciũ apud quos & natꝰ & educatꝰ fuerat Paulus quippe qui ex Tarso Cilicie ciuitate genꝰ ducebat: multaq; esse verba quibꝰ iuxta morẽ vrbis & pũincie sue familiariꝰ apl's vtať. vt est illud Mihi aũt parũ est a vobis iudicari aut ab hũano die hoc est ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας. & humanũ dico hoc est ἀνθρώπινον λέγω. & οὐ κατενάρκησα ὑμᾶς .i. nõ grauaui vos. & hoc de q̃ nũc agiť μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω .i. nullꝰ brauiũ accipiat aduersũ vos.

EX CAP. III.

Vulgata editio. Et grati stote . Paulus καὶ εὐχάριστοι γίνεσθε . Faber. Et iucũdi stote.

Stunica. Quod grece dicitur εὐχάριστοι potius sonat gratos quam iucundos εὐχαριστέω enim gratias agere significat. & εὐχαριστία gratiarum actionem & gratitudinem.

EX CAP. IIII.

Vulgata editio: Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus & Marcus consobrinus Barnabe . Paulus ἀσπάζεται ὑμᾶς ἀρίσταρχος ὁ συναιχμάλωτός μου καὶ μάρκος ὁ ἀνεψιὸς βαρνάβα. Faber. Salutant vos Aristarchus cõcaptiuꝰ meꝰ & Marcus cõsobrinꝰ Barnabe.

Stunica. Qđ grece legiť singulari numero .i. ἀσπάζεται plurali Faber traducere maluit qđ duo essent qui Colossẽs. salutarẽt hoc est Aristarchus Pauli cõcaptiuꝰ & Marcus cõsobrinus Barnabe. Quasi verbum ἀσπάζεται nõ posset & in Marco denuo subaudiri.

Vul. edi. Vt stetis pfecti & pleni in oĩ volũtate dei. Paulꝰ ἵνα στῆτε τέλειοι καὶ πεπληρωμένοι ἐν παντὶ θελήματι τοῦ θεοῦ. Fa. Vt psistatis cõsũmati & repleti i re oĩ volũtate dei.

Stunica. In greco sic plane legitur vt littera nostra habet idest in omni voluntate dei. disiungere vero παντὶ a θελήματι ita vt θελήματι septimus sit casus aut pro eo positus violentum est & ab apostolico sensu prorsus alienum.

Vulgata editio. Vide ministerium quod accepisti in domino vt illud impleas. Paulus βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες ἐν κυρίῳ, ἵνα αὐτὴν πληροῖς. Faber. Vide administrationem quam suscepisti in domino vt eam impleres.

Stunica. Et hoc quoq; loco improprie Faber interpretatus est πληροῖς enim futurū hic sonat optatiui nō presēs & apl's archippo precipit nō vt videat ministeriū qđ accepit in dño: sed vt det operam quatenus illud adipleat. Ac sic videtur hec intellexisse diu9 Ambro. cum in cōmentariis super hoc loco sic ait. Prepositum illorū per eos ipsos cōmonet vt sit sollicitus de salute ipsorum διακονία vero non administrationem significat que aliud latine sonat: sed ministerium potius vt διάκονος ministrum non administratorem.

EX EPISTOLA PRIMA AD THESSALONICEN. CAP. I.



Vlgata editio. A vobis enim diffamatus est sermo. Paulus ἀφ' ὑμῶν γὰρ ἐξήχηται ὁ λόγος. Faber. A vobis enim diuulgatus est sermo.

Stunica. Diffamat9 ex hoc loco tanq̄ latinū nō sit in bonā partē acceptū ab vniuersis fere explodit. Ceterū nō video cur in vtrāq; ptes summi nō possit cū diffamare nihil aliud sonet quā publicare aut diuulgare mō illud sit in bonū modo in malū sicut fama & in bonū & in malū accipi solet. Diuus itē Augu. vel qđ ex hoc loco acceperit vel aliūde hui9 verbi vsum in bonā desumpsit ptem in epl'a eni quadā ad diuū Hiero. de tralatio. lxx. interpretū agens neq; eni inquit paruū pōdus habet illa q̄ sic meruit diffamari. Et Leo papa in sermo. Epiphanie. Sciētes olim esse p̄dictū & celebri memoria diffamatū. orietur stella ex Iacob &c.

Vulgata editio. Qui eripuit nos ab ira ventura. Paulus τὸν ῥυόμενον ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὀργῆς ἐρχομένης. Faber. Qui eripit nos ab ira que venit.

Stunica. Participia p̄ntis passiua aut cor; verbor; q̄ in vocē passiuā declinātur quanq̄ per relatiuū quis vel qui & verbū eiusdē gn̄is ac tpis ex greco in latinū resolui vt plurimū soleāt: sepissime tn̄ reperio ꝑ pticipiis preteriti accepta ἐρχομένης vero quanq̄ presens sit de futuro tamen interpretari debet iuxta sacre scripture cōsuetudinem in qua presens tēpus ꝑ futuro sepissime positū reperim9. Sicut & illud ex euangelio Matthei. xi. Tu es qui vēturus es an aliū expectam9. ꝑ quo in greco legit σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν.

EX CAP. II.

Vulgata editio. Neq; in occasione auaritie. Paulus οὔτε ἐν προφάσει πλεονεξίας. Faber. Neq; in proposito auaritie.

Stunica. πρόφασις occasionem siue pretextum sonat nō propositum qđ πρόθεσις grece dr̄. Ad philippenses. i. Quid enī dum mō siue per occasionem siue per veritatem christus annuncietur πλὴν παντὶ τρόπῳ εἴτε προφάσει εἴτε ἀληθείᾳ χριστὸς καταγγέλλεται.

EX CAP. III.

Vulgata editio. Vt nemo moueatur in tribulationibus istis. Paulus μηδένα σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις. Faber. Vt nemo adulatiōi cederet in his pressuris. Et in examinatiōib9. Poti9 inquit nemo adulet adulatiōi ve cedat. vocabulū eni σαίνω adulor significat.

Stunica. σαίνω vnde σαίνεσθαι mouere significat non adulari nisi per metaphoram. Quid quod & ipsum σαίνεσθαι passiuum est non deponens μηδένα σαίνεσθαι neminem moueri idest vt nemo moueatur. Diuus Ambrosius ita hec legit. Et misimus Timotheū fratrē nr̄m & participē operis dei in euāgelio christi ad hoc vt & vos cōfirmet & deprecetur ꝑ fide vr̄a ne quis moueat in his pressuris. & subdit. Desyderii supra memorati causas

expressit.ideirco enim presentes esse apud eos volebat ut animos eorum firmaret ne quis ex his scandalum pateretur de pressuris Apostolorum ut qui tanta signa facerent aliquando infirmarentur ita humiliati ut verberibus & vinculis subiicerentur. Ad quam rem excusandam Timotheum missum testatur idoneum doctorem qui ostenderet hinc merita crescere christianis si pro nomine domini passi gratias agant quo huius rei mercedem expectant: simulque preces deo funderet ut stabiles essent &c.

Vulgata editio. In omni gaudio quo gaudemus. Paulus ἐπὶ πάσῃ τῇ χαρᾷ ᾗ χαίρομεν. Faber. In omni gaudio quo exultamus.

Stunica. Greca littera sic habet ut vetus interpres traduxit idest in omni gaudio quo gaudemus non enim χαίρομεν sonat exultamus quod alio vocabulo grece dicitur ἀγαλλιάω enim apud grecos exultare sonat. Iocundam vero grecarum dictionum allusionem quam vetus interpres reddidit: Faber sua interpretatione omnino sustulit.

EX CAP. V.

Vulgata editio. Ut vos dies illa tanquam fur comprehendat. Paulus ἵνα ἡ ἡμέρα ὑμᾶς ὡς κλέπτης καταλάβῃ. Faber. Ut dies illa vos tanquam fur deprehendat.

Stunica. Pro eo quod grece dicitur καταλάβῃ Faber deprehendat maluit traducere. Atque fortius sonare videtur comprehendat hoc loco quam deprehendat cum presertim utroque modo hoc verbum tra ductum repiamus. Ioannis. 1. Et tenebre eam non comprehenderunt καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβεν. Et in eodem euangelio cap. 8. Adducunt autem scribe & pharisei mulierem in adulterio deprehensam φέρουσι δὲ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι πρὸς αὐτὸν γυναῖκα ἐν μοιχείᾳ καταληφθεῖσαν. Divus item Ambrosius comprehendat hic legit atque hunc locum exponens sic ait. Quam ob rem fideles securos esse debere significat quia non ignorant futurum aduentum domini sed expectant solliciti ut veniat. Qui autem ignorant diffidentes de eo: repente illos comprehendet improuidos & interficiet.

EX EPISTOLA SECUNDA AD THESSALONICEN. CAP. I.



Vulgata editio. Et qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu christi. Paulus καὶ τοῖς μὴ ὑπακούουσι τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. Faber. Et qui non obedierunt euangelio domini nostri Iesu.

Stunica. Participium presentis in greco est ὑπακούουσι quod per verbum eiusdem temporis recte interpres resoluit: nam si de preterito Apostolus loquutus esset ὑπακούσασι dixisset. Illud vero decepit Fabrum quod nouerunt de preterito erat ac propterea obedierunt quoque pro obediunt transferendum censuit. Quod vero christi omisit quod in greco legitur: exemplari fortasse mutilo ascribendum est.

EX CAP. II.

Vulgata editio. Quod elegerit vos deus primitias in salutem. Paulus ὅτι εἵλετο ὑμᾶς ὁ θεὸς ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν. Faber. Quoniam miseratus est vos deus in salutem primitias.

Stunica. Hoc loco manifeste hallucinatus est stapulensis Faber: existimauit enim grecam dictionem εἵλετο ab eo quod est ἐλεέω.ἐλεῶ. quod verbum misereri significat deductam esse. Sciendum vero non ab eo verbo sed ab αἱρέομαι .i. eligo descendere cuius secundus aoristus est εἱλόμην εἵλου εἵλετο. Littera vero greca hoc ad verbum sonat quod elegerit vos deus a principio in salutem. Unde ambrosianus textus sic habet quia assumpsit vos deus a principio ad salutem. Greca exemplaria unde vetus interpres transtulit ἀπαρχὰς idest primitias habuisse videntur.

EX EPISTOLA PRIMA AD TIMOTHEUM CAP. I.



Vlgata editio. Sicut rogaui te. Paulus καθὼς παρεκάλεσά σε. Fa. Sic rogaui te.

Stunica. καθὼς sicut significat non sic. Luce. 1. Sicut loquutus est ad patres nostros καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν. Et in eodem capitu. Sicut loquutus est per os sanctorum καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων.

Vulgata editio. Vt denũciares qbusdã ne aliter docerẽt. Paul9 ἵνα παραγγείλῃς τισὶ μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν. Faber. Vt pcipes qbusdã ne varie docerẽt. Et i exami. poti9 inqt varie

Stunica. ἑτεροδιδασκαλεῖν aliter docere significat nõ varie docere atq̃ ita legit diuus Ambrosius & exponens subiungit. Filius a patre rogari non debuit sed propter caritatis affectum & vt illi formam humilitatis ostenderet obsecrat episcopus coepiscopũ suũ ne pateretur iudeos aliter populũ quam ab Apostolo tradebatur docere παραγγείλῃς vero nõ hic preciperes significat vt Faber transtulit sed denunciares vt vetus traductio habet ac sic quidẽ in Ambrosiano textu legiť. Q nõ enĩ precipere illis posset Timotheus qui in tantã deuenerant insolentiã: vt aliter populũ docere auderẽt quã Apl's docuerat.

Vulgata editio. Que questiones prestant magis quam edificationem dei que est in fide. Paulus αἵτινες ζητήσεις παρέχουσι μᾶλλον ἢ οἰκοδομίαν θεοῦ τὴν ἐν πίστει. Faber. Que questiones pariunt magis quam gubernationem dei in fide.

Stunica. παρέχουσι prestant significat nõ pariũt. Deinde p eo qđ vet9 interpres edificationẽ transtulit: in greco οἰκοδομία est qđ edificationẽ sonat. Quanq̃ sunt & greci codices qui οἰκονομίαν habẽt vt Faber legisse videť q̃ differẽtia ex vni9 litterule mutatiõe accidere potuit. Ambrosian9 text9 edificationẽ habet idest οἰκοδομίαν. Diu9 tamen Chrysostomus οἰκονομίαν legisse videť vt ex ei9 homilia super hoc loco manifeste apparet. Sic enim inter alia ibi latine legiť. Questio igiť dei dispensationi cõtraria esse perhibeť &c.

Vulgata editio. Patricidis & matricidis. Paulus. πατραλῴαις καὶ μητραλῴαις. Faber. Patris & matris percussoribus.

Stunica. Sicut cedo. is. apud latinos duo habet significata idest percutere & occidere sic verbum ἀλοιάω apud grecos vtrunq̃ sonat inde πατραλῴαις & μητραλῴαις patricida & matricida dicitur quod quãquam & latine patris & matris percussor sonare potest: obtinuit tamen vsus vt p eorũ occisore sumatur nõ pro percussore. Quid qđ & lex põpeia de parricidis in eos seueritatem vltionis exercet qui patres aut matres occiderunt nõ in eos qui eos percusserunt. Sed fabrum ad hanc interpretationem mouisse videtur vt ex eiusdẽ examinationib9 apparet id qđ. Exo. 21. legiť Qui percusserit patrẽ suũ aut matrẽ morte moriať. Sed illic in greco τύψῃ legiť. Apl's vero nõ ad illud ex veteri lege respexisse videtur: sed ad id quod suo tempore in vsu erat quippe iamdiu erant qui lege parricidarum plecterentur ac ppterea patricidas & matricidas inter sceleratos posuit.

Vulgata editio. Qđ creditũ est mihi. Paulus ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ. Faber. Cui credit9 sũ.

Stunica. Existimauit credo hic Faber illud ὃ non esse nominatiui casus sed ᾧ datiui ad vocemq̃ tantum respiciens nõ ad orthographiam cui ego creditus sum traduxit pro eo quod grece sonat quod creditus sum ego ac secundum grecanici sermonis proprietatem idẽest ac si dictũ esset qđ creditũ est mihi de quo supra ad Galatas. 2. dictũ est.

EX CAP. II.

Vulgata editio. Silr & mulieres. Paul9 ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας. Fa. Idẽtidẽ & mlieres.

Stunica. Quod grece dicitur ὡσαύτως idest eodem modo siue similiter: identidem traduxit Faber voce quidem longe aliter significante credo itidem voluisse dicere.

Vul. edi. Docere aũt mlieri nõ pmitto: neq̃ dñari i virũ. Paul9 γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρός. Fa. Mulieri aũt docere nõ cõcedo: neq̃ viri autoritatẽ hẽre.

Stunica. Quanq̃ nõ dubiũ est quin Faber hunc locũ intellexerit: ei9 tamen interpretatio impropria est & q̃ Apl̃i sensum nõ explicat. Videť enim significare ne mulier viri autoritatẽ prese ferat idest ne viri munia obeat. Lõge vero hoc abest a verbis Apostolicis quib9 duo precipiũtur primũ ne mulieres docendi potestatem habeãt. Deinde ne in viros suos dominentur sed eis poti9 subdite sint. Hoc enĩ significat οὐδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρός idest neq̃ dominari viri hoc est in virũ vt elegãter quidẽ ac pprie vet9 interpres trãstulit.

EX CAP. III.

Vulgata editio. Siquis episcopatum desiderat. Paulus εἴτις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται. Faber. Siquis episcopen desiderat.

Stunica. Queso q̃ traductio est dictionẽ grecã sic reddere vt in origine ipa habetur lris tm̃ latinis trãscriptã. Sciẽdũ vero ἐπισκοπὴν sic epatũ significare sicut & ἀποστολὴ aplatũ.

Vulgata editio. Sobriũ prudentẽ. Paulus νηφάλιον σώφρονα. Faber. Vigilem castũ.

Stunica. νήφω verbũ sobium esse & vigilare significat νηφάλιος quoq; & sobrium ac vigilem. Dictio vero σώφρων nescio vnde castum significare possit nisi ex eo qđ tempe ratũ significare reperit & σωφροσύνη tẽperantiã ex qua virtute castitas imprimis pcedit.

Vulgata editio. Filios habentem subditos cũ omni castitate. Paulus τέκνα ἔχοντα ἐν ὑποταγῆ μετὰ πάσης σεμνότητος. Faber. Filios habentẽ in subiectiõe cũ oñi honestate.

Stunica. σεμνός castum sonat ac pudicum inuenitur quoq; & honestum significare. & σεμνότης castitatem siue pudicitiam & honestatem.

EX CAP. IIII.

Vulgata editio. Enutritus verbis fidei. Paulus ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως. Faber. Enutriens sermonibus fidei.

Stunica. ἐντρεφόμενος passiue accipi hoc loco debet non actiue quanquam medium es se posset. Atq; sic quidem legit Ambrosius idest passiue & exponens ait Hoc boni do ctoris est atq; idonei ministri domini nostri Iesu christi quippe cum enutritum hunc di cat verbis fidei & bone doctrine quam ab infantia hunc assequntum asserit. Ex his pre terea que Chrysostomus in homilia super hoc loco pertractat: manifeste apparet passi ue quoq; & illum hoc intellexisse cum ait Innutritus inquit perpetuam intentionem & quasi diuinarum rerum habitum indicat &c.

Vulgata editio. Vt profectus tuus manifestus sit omnibus. Paulus ἵνα σοῦ ἡ προκοπὴ φανερὰ ᾖ ἐν πᾶσι. Faber. Vt promotio tua manifesta sit in omnibus.

Stunica. Quanquam vtriusq; interpretationis idem est sensus profectus enim & pro motio idem sonare videntur: quia tamen vulgo promotio aliud sonat non debuisset Fa ber hoc loco a vetere traductione discedere ne qui grece nesciunt & crasso vt ita loquar sunt ingenio promotionem hoc loco electionem ad dignitatem existimarent ἐν πᾶσι vero inter omnes interpretari põt qđ idem est qđ omnibus vt vetus interpres transtulit.

EX CAP. V.

Vulgata editio. Matres familias esse. Paulꝰ οἰκοδεσποτεῖν. Faber. Rei familiari preesse.

Stunica. οἰκοδεσπότης in greco dicitur pater familias idest dñs domus. Matth. 10. Si pa trem familias Beelzebub vocauerunt εἰ τὸν οἰκοδεσπότην βεελζεβοὺβ ἐκάλεσαν inde οἰκοδ εσποτεῖν domui tanquam patrem familias preesse. Sunt autem hec communia viro & vxori appellaturq; & mater familias sicut & pater familias etiam si liberos nõ habeant.

Vulgata editio. Vt hec custodias siue preiudicio; nihil faciens in alteram partem de clinando. Paulus ἵνα ταῦτα φυλάξῃς χωρὶς προκρίματος, μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν. Faber. Vt hec custodias: sine priori iudicio nihil faciens per aduocationem.

Stunica. Sicut ex pre & iudicium fit in latino preiudicium sic ex πρὸ & κρίμα in gre co fit πρόκριμα idem significatus in greco retinens quod apud latinos preiudicium πρόσ κλισις vero per dupplex iota nõ aduocatiõem significat sed id potius qđ elegantissima periphrasi vetus interpres transtulit. Qđ si per ita idest .ει. in penultima ea dictio scribe retur aduocationẽ sonaret vt Faber traduxit. Quanq; & hec dictio sicut & alie nõnulle a

dias & illic sit comma & sequatur sine preiudicio nihil faciens in alteram partem declinando. ita vt preiudicium nō hic accipiatur pro eo quod vulgo accipitur cū alicui fit pre iudicium: sed pro antecedente iudicio idest vt nihil faciat absq̧ tractatu & examinatione ac consilio quod Faber sequutus esse videtur cum sine priori iudicio transtulit. Sed tamen greca ipsa verba attentius cōsideranti nulla alia eiusdem succurrere potest intelligē tia nisi ea que percipitur illud sine preiudicio ad precedentia adaptando & preiudicium accipiendo pro eo quod vulgo accipitur. Nam cū multa & varia in hoc capitulo apostolus preceperit: vltimo loco sub cōtestatione precipit vt supradicta omīa custodiat sine ali cuius preiudicio hoc est seruata in omnibus equitate ac rectitudine. quod id confirmat quod sequitur οὐδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν idest nihil faciens secundū declinatiōem hoc est in alteram partem declinando vt eleganter vetus interpres transtulit. Atq̧ ita greci di stingunt & sic legūt vt post χωρὶς προκρίματος cōmam figunt. Diu⁹ item Chrysostom⁹ in homilia super hoc loco in hunc sensum hec exponit sic dicens. Dixerat supra de Episcopis de diaconis viris ac mulieribus de viduis de presbyteris de aliis omnib⁹: ostende ratq̧ quorū est eṗs dominus & cum de iudicio disputaret adiunxit contestor &c. Et infra. Vt ista inquit custodias absq̧ preiudicio nihil faciens in alterā partē declinando. Hoc est vt cōem & equū te his qui iudicandi sunt prebeas vt te nullus anticipet nemo cōciliet.

EX CAP. VI.

Vulgata editio. Deuitans prophanas vocum nouitates & oppositiones falsi nominis scientie. Paulus ἐκτρεπόμενος τὰς βεβήλους κενοφωνίας καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως. Faber. Euertens ṗphanas vocum vanitates & oppositiones gnoseos falso noīate.

Stunica. κενὸς per. ε. vacuum significat ac vanum siue inane: inde κενοδοξία vana gloria κενόδοξος quoq̧ inanis glorie affectator grece nuncupatur. At vero καινὸς per. αι. diphthongon nouum sonat. Apparet autem greca exemplaria vnde vetus interpres traduxit καινοφωνίας hoc loco habuisse per. αι. nō κενοφωνίας per. ε. Ac sic quidem Ambrosius legit idest nouitates nō vanitates. quanquam greci codices qui passim circū feruntur per. ε. eam dictionem habent non per. αι.

EX EPISTOLA SECVNDA AD TIMOTHEVM. CAP. I.



Vlgata editio. Sed secundum ṗpositum suum. Paulus ἀλλὰ κατ' ἰδίαν πρόθεσιν. Faber. Sed secundum ṗpriam volūtatē.

Stunica. In greco sic quidem legitur vt vetus interpres transtulit idest secundum ṗpositum suum. Siquidem πρόθεσις ṗpositum sonat nō voluntatem que grece dicit̄ θέλημα.

EX CAP. II.

Vulgata editio. Ad oē opus bonū paratū. Paulus εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἡτοιμασμένον. Faber. Ad oē opus bonū aptatū.

Stunica. ἑτοιμάζω parare significat nō aptare. Matth. 22. Ecce prandium meum paraui ἰδοὺ τὸ ἄριστόν μου ἡτοίμασα. Et in eodē euāgelio cap. 26. Vbi vis parem⁹ tibi comedere pascha ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα & c̄. statim sequit̄ & parauerūt pascha καὶ ἡτοίμασαν τὸ πάσχα.

EX CAP. IIII.

Vulgata editio. Penulam quam reliqui troade &c. Paulus τὸν φελόνην ὃν ἀπέλιπον ἐν τρωάδι. Faber. Phelonen quem dimisi troade.

Stunica. Faber ne ex interpretatione periclitari hoc loco quouis modo posset: phelo nem ex greco traduxit idest ipsum grecum latinis litteris expressit. Sciendum vero diuū

Hieronymum in libro tertio dialogorū aduersus pelagium lacernam siue penulam τὸν φελόνην interpretari cum ait. Putas ne apostolum Paulum eo tempore quo scribebat lacernam siue penulam quā reliqui troade apud Eucarpum veniens affer & libros & maxime membranas: de celestibus cogitasse mysteriis & nō de his que in vsu cōmunis vite vel corporis necessaria sunt. Idem quoq in libro quinq questionum ad Damasum papam questione secunda pro libro legis accepisse videtur Volumen inquit hebreum replico quod Paul⁹ phelonem iuxta quosdam vocat. Ambrosius hec edisserens penulam Romanam vestem esse vult quam Paulus vt pote ciuis Roma. & si nō suam tamen a patre acceptam habere potuit. Chrysostomus super hoc loco Pallium inquit hic penulā dicit alii loculos putant in quibus libri condebantur.

EX EPISTOLA AD TITVM. CAP. I.



Vlgata editio. In predicatione que credita est mihi. Paulus ἐν τῷ κηρύγματι ὃ ἐπιστεύθην ἐγώ. Faber. In predicatione cui creditus sum ego.

Stunica. Ita traduxit Faber quanquam littere ordine mutato secundum preceptum saluatoris nostri dei interiecit. Hoc autem loco preter id quod grecanicam dicendi ꝓprietatem vt sepe in simili alias dixim⁹ nequaquam agnouisse visus est: ex artis quoq grammatice imperitia deceptus est. Vt enim supra prima ad Corinth. 9. dictum est peculiare est grece lingue atticee presertim postpositiuos articulos idest relatiuū quis vel qui eo casu ponere quo sua antecedentia etiam si artis ratio repugnet. Igitur ᾧ datiui pro ὃ nominati hic positum est & nō cui creditus sum ego verba greca hic sonāt sed quod creditus sum ego quod tantundē est ac si dictū esset qd' creditū est mihi vt elegāter ac ꝓprie vet⁹ interpres traduxit.

Vulgata editio. Huius rei gratia reliqui te Crete vt ea que desunt corrigas & cōstituas per ciuitates presbyteros. Paulus τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν κρήτῃ ἵνα τὰ λείποντα ἐπιδιορθώσῃ, καὶ καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους. Faber. Huius rei gratia reliqui te Crete vt delinquentia corrigas & cōstituas per ciuitatem presbyteros. Et in examinationibus singulariter inquit grece dicitur per ciuitatem.

Stunica. τὰ λείποντα nō significat delinquentia vt Faber imperite transtulit: sed ea que desunt vt vetus interpres eleganter ac ꝓprie reddidit λείπω enim linquo significat nō delinquo. Nō enim vt delinquentia corrigeret Titum in Creta reliquit Paulus: sed vt ea que defuerant queq ipse presens adimplere nō potuerat: hic suppleret. Atq ita hunc locum ecclesiastici tractatores exponunt. Hieronymus in cōmentariis super hoc loco. Quod autem ait vt ea que deerant corrigeres: ostendit necdum eos ad plenam venisse scientiam veritatis & licet ab apostolo correcti fuerint tamen adhuc indigere correctiōe omne autem quod corrigitur imperfectum est. Nam & in greco prepositionis adiectio qua scribitur ἐπιδιορθώσῃ nō id ipsum sonat quod διορθώσῃ idest corrigeres sed vt ita dicā supercorrigeres vt scilicet ea que a me correcta sunt & necdum ad plenam veri lineam sunt retracta a te corrigant & normam equalitatis accipiant. Hacten⁹ Hiero. κατὰ πόλιν vero nō significat per ciuitatē hoc loco sed aduerbialiter positū est quasi diceret oppidatim: sicut κατ᾽ οἶκον in veteri testamento ꝓ eo qd' est domesticatim idest per domos a' quando legim⁹. Nō em̄ vni⁹ tantū ciuitatis curā Tito Paulus permiserat: sed oium insu ciuitatū. Cum igitur presbyteros ꝓ episcopis hic Paulus accipiat ac in vna ciuitate non plures episcopos sed vnū tantum apostoli cōstituere sint soliti quem morem catholica

apparet cum ait. Per ciuitates inquit neq; enim profecto volebat insulam totam vni viro permitti: sed vnicuiq; propriam curam ac sollicitudinem iudici: ita enim sibi laborem fore leuiorem sciebat & subditos maiori diligentia gubernandos siquidem doctor nō multarum ecclesiarum regimine distraheretur sed vni tantū regende vacaret eamq; componere moribus atq; ornare studeret. Diuus item Hieronymus per ciuitates hic legit pluraliter non per ciuitatem singulariter vt Faber traduxit.

EXCAP. II.

Vulgata editio. Senes vt sobrii sint. Paulus πρεσβύτας νηφαλίους εἶναι. Faber. Quod senes vigiles sint.

Stunica. Dictio νηφάλιος sobrium & vigilem significat. Vnde & diuus Hieronymus super hoc loco non damnans veterem traductionem vt Faber existimauit sed illam potius amplians Senes inquit sobrios esse: siue vigilantes quia νηφάλιοι apud grecos vtrūq; sonat. Diuus Ambrosius sobrios hic legit. Ac de sobrietate id est vini parcitate hic Apostolum intellexisse ex sequentibus videtur conijci posse cum de mulierib⁹ statim infert. Anus similiter in habitu sancto non criminatrices non multo vino seruientes. quasi & idem in vtroq; sexu vicium senectutis sit vino videlicet intemperantius indulgere. vnde Chrysostomus super hoc loco. Sunt enim & inter ipsos senes qui rabie ferantur immo dicā atq; in ipsam precipitentur amentiam partim quidem ex vino partim ex rabie &c.

EX EPISTOLA AD HEBRAEOS. CAP. I.



Vlgata editio. Quem constituit heredem vniuersorum. Interpres Pauli ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων. Faber. Quem posuit heredem omnium.

Stunica. Licet dictio greca q̄ hic posita significet posuit ἔθηκε vetus tamen interpres eleganter traduxit ac iuxta latine lingue proprietatem cum dixit constituit. Non enim latinis dicere mos est ponere heredem sed heredem cōstituere. Vniuersorum vero plus sonare videtur quam omnium.

Vul. edi. Et figura substātie ei⁹. Interp̄s Pauli καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Faber. Et character hypostaseos eius.

Stunica. Hoc non est traducere quamuis character & hypostasis latinis fere recepta sint: sed verba ipsa greca litteris latinis reddere. Sciendum vero eadem illa significare que vetus expressit interpres: dum tamen figuram hoc loco intelligas non que depicta est sed qualis ea est que ex sigilli impressione redundare solet.

Vulgata editio. Et ad angelos quidem dicit. Interpres Pauli καὶ πρὸς μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει. Faber. Et de angelis quidem dicit.

Stunica. Licet de angelis hoc dictum constet non ad angelos: non tamen propterea tanta licentia vti Fabri debebat vt aliter interpretaretur quam vetus traductio continebat ac grecum preterea interpretem ex obliquo carperet quod vnam prepositionem p alia videtur vsurpasse.

Vulgata editio. Ipsi peribunt tu autem permanebis. Interpres Pauli αὐτοὶ ἀπολοῦνται σὺ δὲ διαμένεις. Faber. Ipsi peribunt tu autem permanes.

Stunica. Constat hoc loco & in psalmo. 101. vnde hic versus ab Apostolo acceptus est litteram grecam esse corruptam ac de futuro legi debere διαμενεῖς non de presenti vt nunc legitur. Siquidem in hebreo in eodem psalmo de futuro hoc verbum legitur. הֵמָּה יֹאבֵדוּ וְאַתָּה תַעֲמֹד pro quo beat⁹ Hiero. sic transtulit Ipī peribūt tu autem stabis.

Vulgata editio. Et velut amiſtum mutabis eos & mutabuntur. Interpres Pauli καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς καὶ ἀλλαγήσονται. Faber. Et tanquam opertorium con uolues eos & mutabuntur.

Stunica. Cum in hebreo pſalmo.101. vnde verba iſta ſumpta ſunt ſic legatur. כַּלְּבוּשׁ תַּחֲלִיפֵם וְיַחֲלֹפוּ qđ beatus Hieronym9 ſic traduxit. Quaſi palliū mutabis eos & mutabuntur: par eſt credere ita.lxx.interpretes tranſtuliſſe καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἀλλάξεις αὐτοὺς καὶ ἀλλαγήσονται quo illam vocum alluſionem redderent que in hebreo eſt ideſt תַּחֲלִיפֵם וְיַחֲלֹפוּ atq; ex eo latinum interpretem mutabis traduxiſſe qđ vetera exē plaria ἀλλάξεις habuerint nō ἑλίξεις Diuus tamen Chryſoſtomus ἑλίξεις legiſſe videtur vt ex eius homilia ſuper hoc loco apparet. Sic enim ait poſtquam propoſuit verba hec apſtica Qđ etiā in epl'a ad Ro.dixit qa trāſformatur9 eſt mūdū & facilitatē ſignificās intu lit ſicut qlibet amictū inuoluit atq; ꝑmutat: ſic & ipſe mūdū & cōplicatur9 & mutatur9 eſt.

EX CAP. II.

Vulgata editio. Minuiſti eum paulominus ab angelis. Interpres Pauli ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. Faber. Minuiſti eum paulominus a deo.

Stunica. Cum in greco vnde traduxit Faber παρ' ἀγγέλους legatur ideſt ab angelis: nō illi neceſſe erat ad hebraicam pſalmorum originem recurrere vnde hic verſus ab apo ſtolo acceptus eſt ac quod illic legatur מֵאֱלֹהִים a deo hic traducere: cum preſertim Pau li interpres ſecundum tralatio.lxx. interpretum hunc verſum reddiderit quos credibi le eſt perpulchre calluiſſe quid nam eo in loco elohim ſignificaret. Nam cum ea dictio proprie deum in hebraico ſonet: ſunt tamen in ſacris ſcripturis loca vbi hebreorum ma giſtri iudices interpretantur. vt Exodi.21. vbi dicitur offerat eum dominus diis. Et in ſequenti capitu. vbi dicitur dominus domus applicabitur ad deos. Et infra ad deos vtri uſq; cauſa perueniet & infra diis non detrahes. In omnib9 enim his locis hebrei pro elo him iudices interpretant: & chaldaica tralatio דַּיָּנַיָּא habet ꝗ dictio iudices manifeſte ſonat. Eſt etiam vbi potentes interpretantur aut principes. Nam geneſis capi.6. vbi di citur videntes filii dei filias hominū. In eadē tralatio chaldaica pro filiis dei בְּנֵי רַבְרְבַיָּא legitur ideſt filii principum ac potentum. In aliquibus etiam locis dictionem elohim pro angelis accipiunt vt in preſenti verſu qui eſt ex pſalmo octauo. & pſalmo.96. vbi di citur Adorate eum omnes angeli eius. Et pſalmo.137. In conſpectu angelorū pſallam tibi. quibus in locis pro angelis in hebreo eſt elohim.

EX CAP. III.

Vulgata editio. Quorum cadauera proſtrata ſunt in deſerto. Interpres Pauli ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Faber. Quorum membra peſſundata ſunt in deſerto.

Stunica. Videtur per hanc Fabri traductionem quod iudeorum membra conculca ta fuerint in deſerto quid enim eſt peſſundare niſi conculcare. Ceterum ἔπεσεν cecide runt proprie ſonat quod a πίπτω ideſt cado deductum eſt. At vero κῶλα non hoc loco ſignificat membra vt Faber putauit ex eo quod κῶλον membrum dicitur. Sed κῶλα. in plurali numero ſonat cadauera vt vetus interpres traduxit. Videtur autem Apoſtolus ad id alluſiſſe quod legitur Numeri capi.14. בַּמִּדְבָּר הַזֶּה יִפְּלוּ פִּגְרֵיכֶם pro quo beatus Hieronymus traduxit in ſolitudine hac iacebunt cadauera veſtra & .lxx. interpretes ἐν τῇ ἐρήμῳ ταύτῃ πεσεῖται τὰ κῶλα ὑμῶν. quo in capi. hanc dictionem κῶλα hoc ſenſu in greco non ſemel ſed iterum ac tertio reperies acceptam. Quamuis vero Faber in exa minationibus dicat τὰ κῶλα etiam cadauera interpretari: nō tamē propterea ſequit q.

[illegible] ideſt & membra ꝗ cadauera: ſed ſolum cadauera v

EX EPISTOLA
EX CAP. IIII.

Vulgata editio. Adeamꝰ ergo cū fiducia ad thronū grē eiꝰ. Interpres Pauli προσερχώμεθα οὖν μετὰ παρρησίας τῷ θρόνῳ τῆς χάριτος. Faber. Adeamus ergo cū fiducia thronū grē. Et in exami. ad inquit & eiꝰ abūdāt. ad quidē qa verbū adeamꝰ sufficiēter includit.

Stunica. Licet verbū adeamꝰ ad prepositionē in se includat & idē sic dicere adeamus thronū sicut eamꝰ ad thronū: atq; ita freqnēter hoc verbo auctores vtant: nō tñ ꝓpterea existimandū est veterem interpretem improprie hic fuisse loquutū cū dixit adeamus ad thronū: sed ꝓprie quidem ac latine quandoquidem & Terentius eo mō hoc verbo alī qñ vsus est sic eñ in Andria ait. Sed quid agam adeam ne ad eū: & cū eo iniuriā hanc ex postulē! & in Eunucho. Edicit ne vir quisquā ad eam adeat: & mihi ne abscedā imperat.

EX CAP. VIII.

Vulgata editio. Et in corde eorum superscribam eas. Interpres Pauli καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς. Faber. Et in corde eorum scribam eas.

Stunica. Verbū ἐπιγράφω vnde ἐπιγράψω qđ in greco hic ponit̃ nō simpliciter scribere significat sed inscribere aut superscribere nō enim occiosa ibi est prepositiōis ἐπὶ cōpositio. Inde ἐπίγραμμα dicitur idest epigramma quod superscriptionem significat.

Vulgata editio. Et non docebit vnusquisq; proximum suum. Interpres Pauli καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ. Faber. Et nō docebit vnusquisq; ciuem suum.

Stunica. Miror cur tam eleganter hunc locum traducere Faber voluerit vt pro eo quod grece dicitur τὸν πλησίον αὐτοῦ idest proximum suum ciuem ille reddere maluerit qui grece πολίτης dicitur. Sciendum vero qđ vbicunq; in sacris scripturis proximum legimꝰ: per aduerbiū hoc πλησίον iunctū alicui ex articulis id in greco cōiter significat.

EX CAP. IX.

Vulgata editio. Et arcā testamēti circūtectā ex omī pte auro in qua vrna aurea hñs mānna & virga Aaron q̄ frōduerat & tabule testamēti. Interpres Pauli καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης. Faber. Et arcā testamēti circūtectā vndiq; auro cū qua vrna aurea hñs manna & virga Aaron q̄ germinauerat & tabule testamēti.

Stunica. In greco in qua legit̃. i. ἐν ᾗ nō cū qua id qđ Faber in exami. nō negat: sed tñ ait se hic maluisse dicere cū qua quā in qua ꝓpter diaphoniā eorū q̄ de hoc loco scripta cōpiūtur quā ꝑpositio cū tollit i parit. Sic eñ scribit̃. 3. regū. In arca aūt dñi nō erat aliud nisi due tabule lapidee quas posuerat in ea Moyses in Oreb qñ pepigit dñs fedus cū filiis israel. Sed quāq; hec ita se hñt: nō tñ ob prepositiōis mutatiōnē quā fecit Faber diaphōia ex hoc loco oīno sublata est imo alia de nouo exorta est. dissonātia cōstat eñ ex textu regum ꝓxime allato tabulas testamēti intra arcā fuisse nō cū arca vt ex Fabri traductiōe apparet. De vrna vero aurea vt. lxx. interpretes traduxerūt nō eñ in hebreo vrna aurea appellat̃ sed tñ vas sic legit̃ Exodi. 16. Dixitq; dñs ad Moysem summe vas vnū & mitte ibi man quātū pōt cape gomor & repōe corā dño ad seruādū in gñatiōes vrās. De virga q̄q; Aaron. Leui. 17. sic habet̃. Dixitq; dñs ad Moysem refer virgā Aaron in tabernaculū testimonii vt seruet̃ ibi in signū rebelliū filiorū israel. Ex quo patet vrnā illā aureā manna cōtinentem & virgā Aaron nō in arca sed extra arcā fuisse ac solū intra arcā tabulas testamenti fuisse positas. Apl's vero qa vrna illa reposita erat corā dño. i. corā arca testamenti & qa virga Aaron itra tabernaculū erat testimonii & forte iuxta arcā sicut & vrna: oia illa i arca fuisse dixit. Appet aūt illa fuisse arce cōiūcta ex eo qđ sequit̃ sup que erāt cherubi; glorie. q̄si cherubim & ista q̄q; sicut & arcā testamēti cōprehēderēt aliisq; ꝓtegerēt. quāq; in greco ἐπάνω αὐτῆς legit̃ qđ arcā tñ referre videt̃ nō ἐπάνω αὐτῶν vt exēplaria vnde vetꝰ interpres trāstulit habuisse vident̃. Diuꝰ Ambro. cū ceteras Pauli epl'as diligētissime

expoſuerit: hanc que ad hebreos eſt omnino nō attigit. quare quomō is hunc locum in tellexerit ſciri nequaquam poteſt. Chryſoſtomus qui hanc epiſtolam per homilias lucu lentiſſime explanauit ad hec verba deueniens tanquam nota eſſent curſim illa explica nit: neq; de dubitatione que ex eis oriri videbatur meminit quoquomodo. Verum niſi eius fallit interpres ſuper que erant cherubim glorie legit vt in vulgata editiōe cōtinet.

Vulgata editio. Vñ nec primū quidē ſine ſanguine dedicatū eſt. Interpres Pauli ὅθεν οὐδ' ἡ πρώτη χωρὶς αἵματος ἐγκεκαίνισται. Faber. Vnde neq; primū ſine ſanguine initiatū eſt.

Stunica. Qd' vetus interpres traduxit proprie: non debuiſſet Faber immutare atq; eo verbo latine reddere quod nuſquam templis adaptatum legimus. Siquidem templa dicuntur dedicari: hoīes vero initiari. Eſt autē hic in greco verbū ἐγκαινίζω a nomine ἐγκαίνια deductū de quo in euangelio Ioan. cap. 10. ſic legimus ἐγένετο δὲ τὰ ἐγκαίνια ἐν ἱεροσολύμοις. idest Facta ſunt antem encenia in hieroſolymis hoc eſt feſtum dedicatio nis templi quod hebraice dicit chanucha. Initiari vero τελεῖσθαι grece dicit. Nu. 25. Initiatuſq; eſt iſrael beelphegor καὶ ἐτελέσθη ἰσραὴλ τῷ βεελφεγώρ. Et τελετὴ initiatio dicitur. que dictio frequens occurrit in libris Dyoniſii Areopagite.

EX CAP. X.

Vulgata editio. Et oīs qdē ſacerdos preſto eſt quotidie miniſtrās. Interpres Pauli καὶ πᾶς μὲν ἱερεὺς ἕστηκε καθ' ἡμέραν λειτουργῶν. Fa. At oīs qdē ſacerdos aſſiſtebat in dies litans.

Stunica. Verbū λειτουργέω vnde λειτουργῶν participiū deductū eſt nō ſignificat lita re ſed miniſtrare. & inde λειτουργία. i. miniſteriū. Litare vero καλλιερῆσαι in greco dr. qđ verbū freqnētiſſimū eſt in eo Xenophontis opere qđ περὶ κύρου ἀναβάσεως inſcribitur.

EX CAP. XII.

Vulgata editio. Excuſauerunt ſe ne eis fieret verbum. Interpres Pauli παρῃτήσαντο μὴ προστεθῆναι αὐτοῖς λόγον. Faber. Petierunt ne eis adderetur ſermo.

Stunica. Verbum παραιτέομαι vnde [illegible] excuſare ſiue recuſare & deuita re ſignificat. Luce. 14. Et ceperunt ſimul omnes excuſare καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραι τεῖσθαι πάντες prima ad Timo. 4. Ineptas aūt & aniles fabulas deuita τοὺς δὲ βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους παραιτοῦ. Apparet autem in hunc ſenſum hec accipi debere qui ex vetere traductione colligitur ex his que in hoc capitulo ſequuntur vbi dicitur Videte ne recuſetis loquentem. Si enim illi non effugerunt recuſantes eum qui ſuper terram lo quebatur & cetera. quibus in locis παραιτήσησθε & παραιτησάμενοι in greco legitur.

EX CAP. XIII.

Vulgata editio. Sint mores ſine auaritia. Interpres Pauli ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος. Faber. Sit ſine auaritia modus.

Stunica. τρόπος preter modum morem quoq; ſignificat. ps. 67. Deus inhabitare fa cit vnius moris in domo ὁ θεὸς κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ. Inde verbum τροποφορεῖν quod eſt alienos mores perpeti. Actuum. 13. Et per quadraginta annorū tempus mores eorū ſuſtinuit in deſerto καὶ ὡς τεσσαρακονταετῆ χρόνον ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς ἐν τῇ ἐρήμῳ.

Impreſſum eſt hoc Annotationum opus nobilis viri Iacobi Lopidis Stunice in Academia Complutēſi Toletāſi Prouincie per Arnaldum Guillelmum de Brocario artis impreſſo rie Magiſtrū. Anno Domini. M.D.XIX.

